

## ACHILLES

### I

Plautus, *Poen.* 1:

Testes cuiusque tragoediae ratione fere temporum  
ordinaui. testium codices siglis notaui usitatis.

- Achillem Aristarchi mihi commentari lubet;  
inde mihi principium capiam, ex ea tragoedia.  
siletque et tacete atque animum aduortite.  
audire iubet uos imperator histricus (*histrycus codd.*),  
5 bonoque ut animo sedeate in subselliis  
et qui esurientes (*D<sup>4</sup>*: *esuplentes BCD<sup>1</sup>*) et qui saturi  
uenerint.  
qui edistis multo fecitis sapientius;  
qui non edistis saturi fite fabulis.  
nam cui paratumst quod edit, nostra gratia  
10 nimia est stultitia sessum impransum incedere.  
exurge praeco, fac populo audientiam.  
iam dudum exspecto si tuom officium scias;  
exerce uocem quam per uiuisque et colis.  
nam nisi clamabis tacitum (*Turnebus*: ta titum *B*: statim  
CD) te obrepet fames.  
15 age nunc reside duplicum ut mercedem feras.  
bonum factum, †esse† edicta ut seruetis mea.  
scortum exoletum ne quis in proscaenio  
sedeat, neu (*Camerarius*: niue *codd.*) lictor uerbum aut  
uirgae muttiant,  
neu dissignator praeter os obambulet,  
20 neu sessum ducat dum histrio in scaena (*scena codd.*) siet.  
diu qui domi otiosi dormierunt, decet  
animo aequo nunc stent uel dormire temperent.  
serui ne obsideant, liberis ut sit locus,  
uel aes pro capite dent; si id facere non queunt

- 25 domum abeant, uitent ancipi infortunio,  
ne et hic uarentur uirgis et loris domi  
si minus curassint (*cara sint codd.*) †quom eri ueniant  
domum†.  
nutrices pueros infantis minutulos  
domi ut procurent, neu quae spectatum adferat  
30 ne et ipsae sitiant et pueri pereant (*CD:* pertant *B:*  
peritent *T*) fame  
neue esurientes hic quasi haedi obuagiant.  
matronae tacitae spectent, tacitae rideant (*redeant C:*  
rediant *B:* reddeant *D*),  
canora hic uoce sua tinnire temperent,  
domum sermones fabulandi conferant  
35 ne et hic uiris sint et domi molestiae.  
quodque ad ludorum curatores attinet,  
ne palma detur quoiquam artifici iniuria,  
neue ambitionis caussa extrudantur foras  
quo deteriores anteponantur bonis.  
40 et hoc quoque etiam quod paene oblitus fui:  
dum ludi fiunt in popinam pedisequi  
inruptionem facite; nunc dum occasio est,  
nunc dum scribilitae aestuant occurrite.  
haec quae imperata sunt pro imperio histrico,  
45 bonum hercle factum, pro se quisque ut meminerit.  
ad argumentum nunc uicissatim uolo  
remigrare ut aeque mecum sitis gnarures (*T:* siti signa  
rures *BCD*);  
eius nunc regiones limites confinia  
determinabo; ei (*codd. Plauti: eius codd. Non. p. 11.25*)  
rei ego sum factus finitor.

## II

(a) Cicero, *Verr. 2.1.46*: Delum uenit. ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima, eaque in onerariam nauem suam conienda curauit. postridie cum fanum spoliatum uiderent ii qui Delum incolebant, grauiter ferebant; est enim tanta apud eos eius fani religio atque antiquitas ut in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. uerbum tamen facere non audebant, ne forte ea res ad Dolabellam ipsum pertineret. tum subito tempestates coortae sunt maximae, iudices, ut non modo proficiisci cum cuperet Dolabella non posset sed uix in oppido consisteret.

*ita magni fluctus eiciebantur.*

hic nauis illa praedonis istius, onusta signis religiosis, expulsa atque eiecta fluctu frangitur; in litore signa illa Apollinis reperiuntur; iusu Dolabellae reponuntur. tempestas sedatur, Dolabella Delo proficiscitur.

(b) Schol. Gronouianus: *ITA MAGNI FLVCTVS EICIEBANTVR.* Enniano hemistichio usus est ex ea tragedia quae Achilles inscribitur.

## III

Festus, p. 282.9:

*null. prolato aere astitit,*

Ennius in Achille Aristarchi cum ait, significat clipeo ante se protento.

## IV

(a) Festus, p. 394.33: *SVBICES* Ennius in Achille pro subiectis posuit cum dixit nubes:

*per ego deum sublimas subices  
umidas unde oritur imber sonitu saeuo et spiritu.*

III in Achille Scaliger: achillae in F

IV (a) 3 deum subices F 4 inde oritur imber sonitus aeuo spiritu F

THE FRAGMENTS

(b) Gellius 4.17.13: congruens igitur est ut subices etiam, quod proinde ut obices compositum est, u littera breui dici oporteat.

14: Ennius in tragoeadia quae Achilles inscribitur subices pro aere alto ponit, qui caelo subiectus est, in his uersibus: 'per ego deum sublimas subices humidas unde oritur imber sonitu saeuo et strepitu'. plerosque omnes tamen legere audias u littera producta.

(c) Nonius, p. 169.1: SVBICES noue positum; non a subiendo sed altitudine. Ennius Achille (acille *codd.*): 'per ego deum sublimas subicis umidas unde oritur imber'.

V

Nonius, p. 147.18: OBVARARE, peruertere, deprauare; dictum a uaris. Ennius Achille:

†nam consilius† obuarant quibus tam concedit hic ordo. 5

VI

Nonius, p. 166.20: REGREDERE, reuocare. Ennius Achille:

quo nunc incerta re atque inorata gradum  
regredere conare? 6

VII

Nonius, p. 277.23: DEFENDERE, †tueri† depellere (debellarē ueri *A<sup>4</sup>*). Ennius Achille:

serua ciues, defende hostes cum potes defendere. 8

VIII

Nonius, p. 472.26: PROELIANT. Ennius Achille:

†inta† mortales inter sese pugnant proeliant. 9

V acille *codd.*: 5 nam consiliis ius *Timpanaro*

VII in achille *Gen.*: in chille (achilleo *B<sup>2</sup>*) que te *B*

VIII 9 inta mortales *LB<sup>4</sup>C<sup>4</sup>*: ita mortales *A<sup>4</sup>*: mortales interea *Klussmann*: interea mortales *Lachmann*

AIAAX

IX

Isidorus, *Diff.* 1.218: inter famam et gloriam: gloria quippe uirtutum est, fama uero uitiorum. Ennius in Achille:

10

*summam tu tibi pro mala uita famam extolles  
et pro bona paratam gloriam.  
male uolentes [enim] famam tollunt, bene uolentes gloriam.*

AIAAX

X

Cicero, *Off.* 1.114: suum quisque igitur noscat ingenium acremque se et bonorum et uitiorum suorum iudicem praebat, ne scaenici plus quam nos uideantur habere prudentiae. illi enim non optumas sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt: qui uoce freti sunt Epigonus Medumque (Medeamque *X*), qui gestu Melanippam (melenippam *B*: menalippam *bX*), Clytemestram (clitemestram *Lp*: clitemestram *c*), semper Rupilius quem ego memini Antiopam (Anthiopam *Z*), non saepe Aesopus Aiacem.

XI

(a) Varro, *Ling.* 6.6: cum stella prima exorta... id tempus dictum a Graecis έσπέρα, Latine uesper; ut ante solem ortum quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata. Pacui dicit pastor... Enni Aiax:

*lumen iubarne in caelo cerno?* 13

(b) Varro, *Ling.* 6.81: cerno idem ualet. itaque pro uideo ait Ennius: 'lumen iubarne in caelo cerno?'

IX 12 enim *del.* Ribbeck

XI (a) Enni *Laetus*: ennius *F*

(c) Varro, *Ling.* 7.75: possunt triones dicti, vii quod ita sitae stellae ut ternae trigona faciant. †aliquid†

76: 'lumen iubarne in caelo cerno?' iubar dicitur stella lucifer †quae† in summo quod habet lumen diffusum ut leo in capite iubam. huius ortus significat circiter esse extremam noctem. itaque ait Pacuius...

## XII

Festus, p. 482.3: TVLLIOS al>ij dixerunt esse silanos, alii (ali F) riuos, alii (ali F) uehementes projectiones sanguinis arcuatim fluentis quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace:

†a iax† misso sanguine tepido tullii efflantes uolant. 14.

## XIII

Nonius, p. 393.7: STATIM producta prima syllaba, a stando, perseueranter et aequaliter significat... Ennius Aiace:

qui rem cum Achiuis gesserunt statim. 15

## ALCMEO

## XIV

(a) Cicero, *De orat.* 3.154: nouantur autem uerba quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt uel coniungendis uerbis ut haec: 'tum pauor sapientiam omnem (mihi add. M: sapientiam mihi omnem 'pars integrorum' [Vahlen]; cod. G Non. p. 16.7: omnem sapientiam mihi cod. L Non.) exanimato (exanimo B), expectorat (expectarat A) (v. 17)'; 'num non uis huius me uersutiloquas malitias'. uidetis enim et 'uersutiloquas' et 'expectorat' ex coniunctione facta esse uerba, non nata. sed saepe uel sine coniunctione...

XII ennius inaiacea. iax F 14 tulii F: tullii codd. Pauli  
XIII 15 achibidis A<sup>4</sup>

(b) Cicero, *De orat.* 3.217: aliud enim uocis genus iracundia sibi sumat, acutum... aliud miseratio ac maeror, flexibile...

218: aliud metus, demissum et haesitans et abiectum:

*multis sum modis circumuentus, morbo exilio atque inopia.*

*tum pauor sapientiam omnem exanimato expectorat.*

*†alter† terribilem minatur uitae cruciatum et necem;*

*quae nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia*

*quin refugiat timido sanguen atque exalbescat metu.*

219: aliud uis, contentum...

(c) Cicero, *Tusc.* 4.19: quae autem subiecta sunt sub metum, ea sic definiunt: pigritiam... terorem... timorem... pauorem metum mentem loco mouentem, ex quo illud Enni (*VrecM*: Ennius X) 'tum pauor sapientiam omnem exanimato (omnem mihi ex anima *codd.*) expectorat (*K<sup>2</sup>*: expectaret X: expectoret B: expelleret *Vrec*) (v. 17)'; exanimationem... conturbationem... formidinem...

(d) Cicero, *Fin.* 4.62: hoc uero te ferre non potuisse, quod antiqui illi quasi barbati, ut nos de nostris solemus dicere, crediderint (crediderunt *RNV*), eius, qui honeste uiueret, si idem etiam bene ualeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore uitam melioremque et magis expetendam quam illius, qui aequa uir bonus multis modis esset, ut Enni Alcmeo, 'circumuentus morbo exilio atque inopia (v. 16)'.

(e) Cicero, *Fin.* 5.31: quis est enim aut quotus quisque (est add. *codd.* Non. p. 224.18), cui, mors cum adpropinquet, non 'refugiat timido sanguen (refugiat timidos anguis *BERN*<sup>1</sup>: refugiat timido sanguis *N<sup>2</sup>V*: fugiat timido sanguen *codd.* Non.) atque exalbescat metu (v. 20)'.

(f) Cicero, *Hortens.* frag. ap. Prisc. *Gramm.* II 250.12: ut ait Ennius, 'refugiat timido sanguen atque exalbescat metu (v. 20)'.

XIV (b) 16 modis sum L 17 omnem mi P: omnem mihi VO 18 alter L: om. M minitatur L 20 sanguine L

## XV

(a) Cicero, *Ac.* 2.52: illud enim dicimus non eandem esse uim neque integratatem dormientium et uigilantium nec mente nec sensu... quod idem contingit insanis, ut et incipientes furere sentiant et dicant aliquid quod non sit id uideri sibi et cum relaxentur sentiant atque illa dicant Alcmeonis:

*sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspectu.* 21

(b) Cicero, *Ac.* 2.88: dormientium et uinulentorum et furiosorum uisa inbecilliora esse dicebas quam uigilantium siccorum sanorum. quo modo? quia cum experrectus esset Ennius non diceret se uidisse Homerum sed uisum esse, Alcmeo autem: 'sed mihi neutiquam cor consentit — (*v.* 21)'. similia de uinulentis...

89: quid loquar de insanis?... quid ipse Alcmeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitato furore:

*unde haec flamma oritur?* 22

et illa deinceps:

†incede incede† *adsunt; me expetunt.*

quid cum uirginis fidem implorat:

*fer mi auxilium, pestem abige a me,  
flammiferam hanc uim quae me excruciat.* 25  
*caeruleae incinctae igni incedunt,  
circumstant cum ardentibus taedis.*

num dubitas quin sibi haec uidere uideatur? itemque cetera:

*intendit crinitus Apollo  
arcum auratum luna innixus;  
Diana facem iacit a laeua.* 30

qui magis haec crederet si essent quam credebat quia uidebantur? apparebat enim iam cor cum oculis consentire.

XV (b) 23 incaeade incaeade *V* 26 ceruleae (cerulaceae *B*) incincte igni *codd.*: caeruleo incinctae angui *Columna*

(c) Festus, p. 162.14:

NEVTIQVAM pro  
cum ait 'sed  
lorum aspect (*v.* 21)  
neutiquam

## XVI

Nonius, p. 127.13: IAMDIV pro olim... Ennius Alcmeone:

*factum est iam diu.*

## ALEXANDER

## XVII

(a) Cicero, *Att.* 8.11.3: uoluisti enim me quid de his malis sentirem ostendere. προθεσπίζω igitur, noster Attice, non hariolans ut illa (*Pius: utilia codd.*) cui nemo credit sed conjectura prospiciens: 'iamque mari (maria *codd.*) magno— (*v.* 43)'. non multo, inquam, secus possum uaticinari. tanta malorum impendet Ιλιός.

(b) Cicero, *Orat.* 155: atque etiam a quibusdam sero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt. nam pro deum atque hominum fidem deorum aiunt. ita credo hoc illi nesciebant. an dabat hanc licentiam consuetudo? itaque idem poeta qui inusitatius contraxerat 'patris mei meum factum pudet (*v.* 37)' pro meorum factorum, et 'texitur exitium examen rapit (*v.* 44)' pro exitiorum, non dicit liberum ut plerique loquimur ... at ille alter in Chryse...

156: ...atqui (*uulgo:* et quid *Heerdegen:* quid *A:* et qui *L)* dixit Accius...

(c) Cicero, *Diu.* 1.66: inest igitur in animis praesagatio (*uulgo:* praesagatio *codd.*) extrinsecus inecta atque inclusa diuinitus. ea

XV (c) NEVTIQVAM pro nullo modo — *Paulus*

si exarsit acrius furor appellatur cum a corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur.

*sed quid oculis rapere uisa est drepente ardentibus?  
ubi illa paulo ante sapiens †uirginali† modestia?*

*mater, optumatum multo mulier melior mulierum,  
missa sum superstitionis hariolationibus;  
†neque† me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet.  
uirgines uereor aequalis, patris mei meum factum pudet,  
optumi uiri. mea mater, tui me miseret, mei piget.  
optumam progeniem Priamo peperisti extra me. hoc dolet:  
men obesse, illos prodesse, me obstare, illos obsequi.*

o poema tenerum et moratum atque molle. sed hoc minus ad rem.

67: illud quod uolumus expressum est ut uaticinari furor uera soleat.

*adest adest fax obuoluta sanguine atque incendio.  
multos annos latuit. ciues ferte opem et restinguite.*

deus (restinguit deus AV) inclusus corpose humano iam, non Cassandra loquitur.

*iamque mari magno classis cita  
texitur. exitium examen rapit.  
adueniet. fera ueliuolantibus  
nauibus compleuit manus litora.*

tragoedias loqui uideor et fabulas.

XVII (c) 32 rabere Lambinus 1573 33 (aut) ubi Lachmann uirginale B<sup>1</sup>  
34 optumatum uulgo: optumarum Porson: optuma tum AVB 36 meque  
Grotius: namque me Hottinger: namque Ribbeck 37 uereor Ribbeck: uero\*\*  
(o ex e corr.) B: uero AV 39 peperisti Marsus: repperisti AVB 40 me\*  
B 42 referte AV 45 aduenit et fera V<sup>2</sup> 46 complebit P

(d) Cicero, *Diu.* 1.114: multos nemora siluaeque, multos amnes aut maria commouent, quorum furibunda mens uidet ante multo quae sint futura. quo de genere illa sunt:

*eheu uidete:  
iudicavit inclitum iudicium inter deas tris aliquis,  
quo iudicio Lacedaemonia mulier Furiarum una adueniet.*

codem enim modo multa a uaticinibus saepe praedicta sunt.

(e) Cicero, *Diu.* 2.112: at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: 'iamque mari magno—(v. 43)' eademque paulo (populo V) post: 'eheu uidete (v. 47)'.

113: num igitur me cogis etiam fabulis credere? quae delectationis (ed. Veneta 1471: delectationes AVB) habeant quantum uoles, uerbis sententiis numeris cantibus adiuuentur; auctoritatem quidem nullam debemus nec fidem commenticiis rebus adiungere.

## XVIII

Cicero, *Diu.* 1.42: haec etiamsi ficta sunt a poeta non absunt tamen a consuetudine somniorum. sit sane etiam illud commenticum quo Priamus est conturbatus quia

*mater grauida parere se ardenter facem  
uisa est in somnis Hecuba. quo facto pater  
rex ipse Priamus sonnio mentis metu  
perculsus curis sumptus suspirantibus*

XVII \*Trag. inc. ap. Quintil. *Inst.* 9.3.77 Hecuba hoc dolet pudet piget, Varro, *Men.* frag. ap. Non. pp. 112.21, 328.28 adest fax inuoluta incendio (incendi codd. Non. p. 328.29), Vergilius, *Aen.* 2.569-74 Tyndarida aspicio... illa... Troiae et patriae communis Erinyi abdiderat sese; ex Vergilio Lucanus 10.59

XVIII \*Ouidius, *Epist.* 17.237-8 fax quoque me terret quam se peperisse cruentam | ante diem partus est tua uisa parens.

XVII (d) 48 inter add. B<sup>c</sup>: intus V<sup>b</sup>

XVIII 50 se om. H

*exsacrificabat hostiis balantibus.  
tum coniecturam postulat pacem petens,  
ut se edoceret obsecrans Apollinem  
quo sese uertant tantae sortes somnium.  
ibi ex oraculo uoce diuina edidit  
Apollo puerum primus Priamo qui foret  
postilla natus temperaret tollere;  
eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo.*

55

sint haec ut dixi somnia fabularum...

## XIX

Varro, *Ling.* 6.83: ab auribus uerba uidentur dicta audio et ausculto; aures (*A. Spengel*: auris *O. Mueller*: audio *F*) ab aevo (*Laetus*: abaucto *F*), quod his auemus discere (*uulgo*: dicere *F*) semper, quod Ennius uidetur ἔτυμον ostendere uelle in Alexander cum ait:

*iam dudum ab ludis animus atque aures auent  
auide exspectantes nuntium.*

62

propter hanc aurium auiditatem theatra replentur.

## XX

Varro, *Ling.* 7.82: apud Ennium: ‘Andromachae nomen qui indidit recte ei indidit (*v. 99*)’. item:

*qua propter Parim pastores nunc Alexandrum uocant.*

64

imitari dum uoluit (*Aldus*: uolunt *F*) Euripidem (euripeden *F*) et ponere ἔτυμον, est lapsus; nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. ille ait ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται (*Aldus*: andromache · quod andromachete *F*); hoc Enni (ennii *F*) quis potest intellegere in uersu (*Turnebus*:

54 et sacrificabat *H*    56 doceret *V*    58 ubi *B*    60 temptaret tollere  
*H*: tempora extollere *V<sup>c</sup>*

inuersum *F*) significare ‘Andromachae nomen qui indidit recte indidit’ aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum Alexicacon, ab eo quod defensor esset hominum?

## XXI

(a) Festus, p. 240.10:

antiquos u  
dicisum est i  
nifici ait nequę  
in Alexandro  
†amidio† *purus putus*  
sycophanta est  
quo certior sc  
putatum dici sol  
ta id est pura fact

65

(b) Gellius, 7.5.10: scriptum est autem ‘purum putum’ non in Carthaginiensi solum foedere sed cum in multis aliis ueterum libris tum in Q. quoque Ennii tragœdia, quae inscribitur Alexander, et in satira M. Varronis, quae inscripta est δις παῖδες οἱ γέροντες.

## XXII

Festus, p. 416.35: STOLIDVS, stultus. Ennius lib. I... et in Alexander:

*hominem appellat. ‘quid †lasciuī† stolide?’ non intellegit.*

66

et Caecilius...

XXI (a) PVRVS antiqui dicebant pro puro, unde putatae uites et arbores, quod decisio inpedimentis remanerent purae. aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum, et ratio putata, id est pura facta — *Paulus*

XXII 66 lascivus *Scaliger*

## XXIII

Festus, p. 494.33: TAENIAS Graecam uocem sic interpretatur  
Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capit is honorati, ut  
sit apud Caecilium... Ennius in Alexandro:

*uolans de caelo cum corona et taeniis.*

67

Accius...

## XXIV

Macrobius, *Sat.* 6.1.61 (7: dicam itaque primum quos ab aliis  
traxit uel ex dimidio sui uersus uel paene solidos): 'multi  
praeterea quos fama obscura recondit (*Verg. Aen.* 5.302)'.  
Ennius in Alexandro:

*multi alii aduentant, paupertas quorum obscurat nomina.*

68

## XXV

Macrobius, *Sat.* 6.2.18 (1: locos locis componere sedet animo  
ut unde formati sint quasi de speculo cognoscas): 'o lux  
Dardaniae spes o fidissima Teucrum (*Verg. Aen.* 2.281) et  
reliqua. Ennius in Alexandro:

*o lux Troiae, germane Hector,  
quid ita cum tuo lacerato corpore miser?  
aut qui te sic respectantibus tractauere nobis?*

69

XXIV \*ex Vergilio Statius, *Theb.* 6.560.

XXV \*Vergilius, *Aen.* 2.281-6 o lux Dardaniae, spes o fidissima  
Teucrum, | quae tanta morae? quibus Hector ab oris |  
exspectate uenis? ut te post multa tuorum | funera, post uarios  
hominumque urbisque labores | defessi aspicimus. quae causa  
indigna serenos | foedauit uoltus? aut cur haec uolnera cerno?  
6.500-2 Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri, | quis  
tam crudelis optauit sumere poenas? | quoi tantum de te licuit?

XXV 70 ita cumque tuo T miser *(ades)* Mariotti: miser *(es)* Vahlen

## XXVI

Macrobius, *Sat.* 6.2.25: 'cum fatalis equus saltu super ardua  
uenit | Pergama et armatum peditem grauis attulit aluo (*Verg.*  
*Aen.* 6.515-16)'. Ennius in Alexandro:

*nam maximo saltu superauit grauidus armatis equus  
qui suo partu ardua perdat Pergama.*

72

## ANDROMACHA

## XXVII

(a) Cicero, *Sest.* 120: quid fuit illud quod, recenti nuntio de illo  
*senatus* consulto quod factum est in templo Virtutis ad ludos  
scaenamque perlato, concessu maximo summus artifex et me-  
hercule semper partium in re publica (*Naugerius: in TR.PL. codd.*)  
tam quam in scaena optimarum, flens et recenti laetitia et  
mixto dolore ac desiderio mei, egit apud populum Romanum  
multo grauioribus uerbis meam causam quam egomet de me  
agere potuisse? summi enim poetae ingenium non solum

XXVI \*Lucretius 1.476-7 nec clam durateus Troianis Pergama  
partu | inflammasset equos nocturno Graugenarum; Vergilius,  
*Georg.* 3.139-41 exactis grauidae cum mensibus errant, | non illas  
graibus quisquam iuga ducere plaistris, | non saltu superare uiam  
sit passus, *Aen.* 2.237-8 scandit fatalis machina muros | feta armis,  
328-9 arduus armatos mediis in moenibus adstans | fundit equos,  
6.515-16 cum fatalis ecus saltu super ardua uenit | Pergama et  
armatum peditem grauis attulit aluo; Ouidius, *Ars* 1.364 militibus  
grauidum laeta recepit equum; Macrobius, *Sat.* 3.13.13 nam Titius  
in suasione legis Fanniae obicit saeculo suo quod porcum Troianum  
mensis inferant, quem illi ideo sic uocabant, quasi aliis inclusis ani-  
malibus grauidum, ut ille Troianus equus grauidus armatis fuit.

XXVI 72 nunc maxima P

arte sua sed etiam dolore exprimebat. †qua enim† (qua enim  
ui *Koechly*)

*qui rem publicam certo animo adiuuerit* 74

*statuerit, steterit cum Achiuis—*

uobiscum me stetisse dicebat, uestros ordines demonstrabat.  
reuocabatur ab uniuersis.

*re dubia* 76

*haut dubitarit uitam offerre nec capiti pepercerit.*

121: haec quantis ab illo clamoribus agebantur. cum iam  
omisso gestu uerbis poetae et studio actoris (*Heruagius*: auctoris  
*codd.*) et exspectationi nostrae plauderetur:

**SVMMVM AMICVM SVMMO IN BELLO**

— nam illud ipse actor adiungebat amico animo et fortasse  
homines propter aliquod desiderium adprobabant —

**SVMMO INGENIO PRAEDITVM.**

tum (G: tam *P*: iam *ed. Ascens. 1531*) illa quanto cum gemitu  
populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula sunt acta.

‘o pater— (v. 87).’

me, me ille absentem ut patrem deplorandum putabat (*ed. Ascens. 1531*: *putarat codd.*), quem Q. Catulus, quem multi alii  
saepe in senatu patrem patriae nominarant. quanto cum fletu de  
illis nostris incendiis ac ruinis, cum patrem pulsum, patriam  
afflictam deploraret, domum incensam euersamque. sic egit ut,  
demonstrata pristina fortuna, cum se conuertisset,

‘haec omnia uidi inflammari (v. 92)’

fletum etiam inimicis atque inuidis excitaret.

122: pro di immortales. quid? illa quem ad modum dixit  
idem. quae mihi quidem ita acta et scripta uidentur esse ut uel a  
Q. Catulo, si reuixisset, praclare posse dici uiderentur; is enim

**XXVII (a) 77 haut Madvig: \*ut (fuit aut) *P*: ut G dubitari G uitam  
Naugerius: uiam *codd.* pepercerit uulgo: peper *P<sup>1</sup>*: pepercit *P<sup>o</sup>G***

libere reprehendere et accusare populi non numquam temeri-  
tatem solebat aut errorem senatus.

‘o (*P*: uero G) ingratifici Argui (argui *P<sup>1</sup>*), immunes (*schol.*  
*Bob.*: inanes *codd.*) Grai, inmemores benefici (benefitii  
*codd.*).’

non erat illud quidem uerum; non enim ingratifi, sed miseri,  
quibus reddere salutem a quo (*P*: quod G) acceperant non  
liceret, nec unus in quemquam umquam gratior quam in me  
uniuersi; sed tamen illud scripsit disertissimus poeta pro †me†  
(Telamone *Lambinus*), egit fortissimus actor, non solum optimus,  
de me, cum omnis ordines demonstraret, senatum equites  
Romanos uniuersum populum Romanum accusaret.

‘exulare sinitis (*ed. Ascens. 1531*: sinit *codd.*), sistis (si istis *codd.*)  
PELLI (*P*: bellum G), pulsum patimini’.

quae tum significatio fuerit omnium, quae declaratio uoluntatis  
ab uniuerso populo Romano in causa hominis non popularis,  
equidem audiebam (*ed. Ascens. 1531*: audiebam *codd.*);  
existimare facilius possunt qui adfuerunt.

123: et quoniam huc me prouexit oratio, histrio casum meum  
totiens conlaczinavit, cum ita dolenter ageret causam meam, ut  
uox eius illa praeclara lacrimis impediretur; neque poetae,  
quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt;  
eaque populus Romanus non solum plausu sed etiam gemitu  
suo comprobauit. utrum igitur haec Aesopum potius pro me  
aut Accium dicere oportuit, si populus Romanus liber esset, an  
principes ciuitatis? nominatim sum appellatus in Bruto.

‘Tullius qui libertatem ciuibus stabiluerat’.

miliens reuocatum est. parumne uidebatur populus Romanus  
iudicare id a me et a senatu esse constitutum quod perditu ciues  
sublatum per nos criminabantur?

(b) Cicero, *De orat.* 3.102: numquam agit hunc uersum Ros-  
cius eo gestu quo potest... quid ille alter? ‘quid petam praesidi

(praesidii *codd.*)? (*v. 81*)' quam leniter, quam remisso, quam non actuose. instat enim: 'o pater o patria o Priami domus (*v. 87*)'. in quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta.

(c) Cicero, *De orat.* 3.183: est autem paean hic posterior non syllabarum numero sed aurum mensura, quod est acrius iudicium et certius, par fere cretico, qui est ex longa et breui et longa, ut 'quid petam praesidi (praesidii *codd.*) aut exsequar? quoue nunc (*v. 81*)'.

(d) Cicero, *De orat.* 3.217: aliud enim uocis genus iracundia sibi sumat, acutum, incitatum, crebro incidens... aliud miseratio ac maeror, flexibile plenum interruptum flebili uoce: ...et illa: 'o pater o patria o Priami domus (*v. 87*)'; et quae sequuntur 'haec omnia uidi (uidet *M*) inflammari, Priamo ui uitam euitari (ui uitam uitari *L*: uitam euitaret *M*) (*vv. 92-3*)'. aliud metus, demissum et haesitans et abiectum...

(e) Cicero, *Orat.* 92: translata dico, ut saepe iam, quae per similitudinem ab alia re aut suauitatis aut inopiae causa transferuntur; immutata (*Schütz*: mutata *AL*), in quibus pro uerbo proprio subicitur aliud quod idem significat sumptum ex re aliqua consequenti.

93: quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit cum (*L*: quod *A*) dixit Ennius  $\ddot{\tau}$ arcem et urbem orbas (*L*: arcent urbem orbam *A*) (*v. 83?*) alio modo si pro patria arcem dixisset et horridam Africam terribili tremere tumultu cum dicit pro Afris immutate Africam†

(f) Cicero, *Tusc.* 1.85: sit igitur aliquis qui nihil mali habeat, nullum a fortuna uolnus acceperit. Metellus ille honoratis (*V<sup>2</sup>*: honoratus *X*) quattuor filiis aut (*K*: at *GRV*) quinquaginta Priamus, e (*V<sup>2</sup>*: *om. X*) quibus septemdecim iusta uxore natis, in utroque eandem habuit fortuna potestatem, sed usa in altero

est. Metellum enim multi filii filiae nepotes neptes in rogum inposuerunt, Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugisset, hostilis manus interemit. hic si uiuis filiis incolumi regno occidisset 'astante ope barbarica, tectis caelatis laqueatis (*vv. 89-90*)' utrum tandem a bonis an a malis discessisset? tum profecto uidetur a bonis. at certe ei melius euenisset, nec tam flebiliter illa canerentur: 'haec omnia uidi inflammari, Priamo ui uitam euitari, Iouis aram sanguine turpari (*vv. 92-4*)'. quasi uero ista ui (*Petrus Crassus*: uel *codd.*) quicquam tum potuerit ei melius accidere. quodsi ante occidisset, talem (*Dauisius*: tamen *codd.*) euentum omnino amisisset; hoc autem tempore sensum amisit malorum.

(g) Cicero, *Tusc.* 1.105: sed plena errorum sunt omnia. trahit Hectorem ad currum religatum Achilles; lacerari eum et sentire, credo, putat. ergo hic ulciscitur, ut quidem sibi uidetur; at illa sicut acerbissimam rem maeget:

78  
uidi, uidere quod me passa aegerrume,  
Hectorem curru quadriugo raptarier.

quem Hectorem, aut quam diu ille erit Hector? melius Accius et aliquando sapiens Achilles: 'immo enim uero corpus Priamo reddidi, Hectora (*Nieberding*: Hectorem *codd.*) abstuli'. non igitur Hectora traxisti, sed corpus, quod fuerat Hectoris.

(h) Cicero, *Tusc.* 3.44: quaerendum igitur quem ad modum aegritudine priuemus eum qui ita dicat:

pol mihi fortuna magis nunc defit quam genus.  
namque regnum suppeditab mi, ut scias quanto e loco,  
quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat  
(*vv. 338-40*).

THE FRAGMENTS

- quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat, aut  
iquid eius modi? ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta:  
*ex opibus summis opis egens Hector tuae.* 80  
 uic subuenire debemus; quaerit enim auxilium.  
*quid petam praesidi aut exequar? quoue nunc* 81  
*auxilio exili aut fugae freta sim?*  
*arce et urbe orba sum. quo accedam? quo applicem?*  
*cui nec aerae patriae domi stant, fractae et disiectae iacent,*  
*fana flamma deflagrata, tosti talii† stant parietes,* 85  
*deformati atque abiete crispa.*
- scitis quae sequantur et illa in primis (Tregder: illum primis X:  
illud in primis V<sup>c</sup>5):
- o pater, o patria, o Priami domus,* 87  
*saeptum altisono cardine templum.*  
*uidi ego te adstante ope barbarica,*  
*tectis caelatis laqueatis,* 90  
*auro ebore instructam regifice.*
- 45: o poetam egregium. quamquam ab his cantoribus Eu-  
phorionis contemnitur. sentit omnia repentina et necopinata  
esse grauiora. exaggeratis igitur regiis (5: regis X) opibus, quae  
uidebantur sempiternae fore, quid adiungit?
- haec omnia uidi inflammari,* 92  
*Priamo ui uitam euitari,*  
*Iouis aram sanguine turpari.*

praeclarum carmen. est enim et rebus et uerbis et modis lugubre.  
eripiamus huic aegritudinem. quo modo? conlocemus in  
culcita plumea...

XXVII (h) 81 prasidii X 82 exilii X fugae 5 Bentley: fuga X 85 alti  
M<sup>2</sup>5 89 adstantem (m eras. in V) X 90 laqueatis codd.: lacuatis Seruius  
auct. Aen. 1.726 91 regificem (m exp. K<sup>1</sup>B) X 94 sanguine KR<sup>c</sup> codd.  
Non. p. 181.1: sanguinem GR<sup>1</sup>V

ANDROMACHA

- (i) Cicero, *Tusc.* 3.53: Karthaginienses multi Romae seruirent, Macedones rege Perse capto; uidi etiam in Peloponneso, cum essem adulescens, quosdam Corinthios. hi poterant omnes eadem illa de Andromacha (5: antromacha X) deplorare: 'haec omnia uidi (v. 92)'. sed iam (etiam KR) decantauerant fortasse. eo enim erant uoltu, oratione, omni reliquo motu et statu, ut eos Argiuos aut Sicyonios (sicionios K<sup>1</sup>R) dices (dicere X: corr. V<sup>c</sup>), magisque me mouerant Corinthi subito aspectae (aspecta X: corr. V<sup>2</sup>) parietinae quam ipsos Corinthios, quorum animis diuturna cogitatio callum uetustatis obduxerat.

XXVIII

- (a) Cicero, *De orat.* 2.155: '...miror cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuianus prope bellum indixeris'.  
156: 'minime', inquit Antonius; 'ac sic decreui philosophari

XXVII \*Plautus, *Bacch.* 933-4 o Troia o patria o Pergamum o  
Priame periisti senex | qui misere male mulcabere quadringentis  
Philippis aureis; Sallustius, *Iug.* 14.17 nunc uero exul patria domo,  
solus atque omnium honestarum rerum egens, quo accedam aut quos  
appellem?; Vergilius, *Aen.* 1.483 ter circum Iliacos raptauerat  
Hectora muros, 2.241-2 o patria (o PATRIA. uersus Ennianus—  
Seruius) o diuom domus Ilium et incluta bello | moenia Dardanidum,  
272-5 raptatus bigis ut quondam aterque cruento | puluere perque  
pedes traiectus lora tumentis. | ei mihi (EI MIHI. Ennii uersus —  
Seruius) qualis erat, quantum mutatus ab illo | Hectore, 499-505 uidi  
ipse furentem | caede Neoptolemum geminosque in limine Atridas, |  
uidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras | sanguine  
foedantem quos ipse sacrauerat ignis. | quinquaginta illi thalami, spes  
tanta nepotum, | barbarico postes auro spoliisque superbi | pro-  
cubuere; Porcius Latro ap. Sen. *Contr.* 2.1.1 uidi ego magni exer-  
citus ducem sine comite fugientem, uidi...limina deserta...nam  
quid ex summis opibus ad egestatem deuolutos loquar?; Tacitus,  
*Ann.* 13.15 ille constanter exorsus est carmen quo euolutum eum  
sede patria rebusque summis significabatur.

potius, ut Neoptolemus apud Ennium, "paucis; nam omnino (quam omnino *HE<sup>2</sup>*) haud placet".

(b) Cicero, *Rep.* 1.30: Aelius Sextus... Zethum illum Pacuui nimis inimicum doctrinae esse dicebat; magis eum delectabat Neoptolemus Enni qui se ait philosophari (*filosofari cod.*) uelle set paucis; nam omnino haud placere.

(c) Cicero, *Tusc.* 2.1: Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse (est *H*) sed paucis; nam omnino haud placere. ego autem, Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari — nam quid possum praesertim nihil agens agere melius? — sed non paucis ut ille...

2: sed tamen in uita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt et ferunt fructus...

(d) Gellius 5.15.9: hos alios talis argutae delectabilisque desidiae aculeos cum audiremus uel lectitaremus neque in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem uitae pertinens aut finem ullum quaerendi uideremus, Ennianum (ennianum autem *RV*) Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait:

philosophandum est paucis; nam omnino haud placet.

95

(e) Gellius 5.16.5: sed hic aequae (*Petschenig: eaque codd.*) non diutius muginandum eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.

(f) Apuleius, *Apol.* 13: da igitur ueniam Platoni philosopho uersuum eius de amore ne ego necesse habeam contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari.

### XXIX

Cicero, *Att.* 4.15.6: redii Romam Fontei causa a.d. vii. Id. Quint. veni spectatum (*Graeuius: spectaculum codd.*) primum magno et aequabili plausu (sed hoc ne curaris; ego ineptus qui

scripserim); deinde Antiphonti operam. is erat (*Victorius: miserat codd.*) ante manu missus quam productus. ne diutius pendeas, palmam tulit; sed nihil tam pusillum nihil tam sine uoce nihil tam — uerum haec tu tecum habeto. in Andromacha tamen maior fuit quam Astyanax (*Victorius: Astyanax nam Cratander: astya [uel astia] nam Δ: astra nam ΠΦ*), in ceteris parem habuit neminem.

### XXX

Cicero, *Opt. gen.* 18: huic labori nostro duo genera reprehensionum opponuntur. unum hoc: 'uerum (*uulgo: uerbum G*) melius Graeci'. a quo quaeratur ecquid (*uulgo: et quid G*) possint ipsi (*uulgo: illi G*) melius Latine? alterum: 'quid istas potius legam quam Graecas?' idem (*uulgo: id est G*) Andriam et Synephebos nec minus Terentium et Caecilium quam Menandrum legunt, nec Andromacham aut Antiopam aut Epigonos Latinos †recipiunt†, sed tamen Ennium et Pacuuum et Accium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt. quod igitur est eorum in orationibus e Graeco (*Lambinus: a greco G*) conuersis fastidium, nullum cum sit in uersibus?

### XXXI

Cicero, *Ac.* 2.20: quam multa quae nos fugiunt in cantu exaudiunt in eo genere exercitati qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt aut Andromacham, cum id nos ne suspicemur quidem.

### XXXII

Cicero, *Diu.* 1.23: sus rostro si humi A litteram impresserit, num propterea suspicari poteris Andromacham Enni (*Ennii A<sup>c</sup>V<sup>c</sup>*) ab ea posse describi?

## XXXIII

Varro, *Ling.* 5.19: omnino †eo magis puto a chao chouū† et hinc caelum, quoniam, ut dixi, ‘hoc circum suprae quod complexu continet terram’, cauum caelum. itaque dicit Andromaca Nocti:

quae cana caeli  
signitentibus conficis bigis.

96

et Agamemno: ‘in altisono caeli clipeo (vv. 188–9)’; cauum enim clipeum. et Ennius item ad cauationem: ‘caeli ingentes fornices’.

## XXXIV

Varro, *Ling.* 7.6: templum tribus modis dicitur: ab natura, ab auspicando, a similitudine; natura in caelo, ab auspicis in terra, a similitudine sub terra. in caelo templum dicitur, ut in Hecuba... in terra, ut in Periboea... sub terra, ut in Andromacha:

Acherusia templa alta Orci saluete infera.

98

## XXXV

Varro, *Ling.* 7.82: apud Ennium:

Andromachae nomen qui indidit recte indidit.

99

item... imitari dum uoluit (*Aldus*: uolunt *F*) Euripidem (*euripiden F*) et ponere ἔτυμον, est lapsus. nam Euripides (*europedes F*) quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. ille ait ideo

**XXXIV** \*Trag. inc. ap. Cic. *Tusc.* 1.48 quae est anus tam delira quae timeat ista quae uos uidelicet si physica non didicissetis timeretis ‘Acherunisia templa alta Orci pallida leti nubila (letio nubila *GK<sup>1</sup>* [b post o add. *K<sup>c</sup>*]R: let//o nubila V [letio nubila *B*]) tenebris loca’?

**XXXV** \*Cicero, *Att.* 2.1.5 ego illam odi male consularem. ea est enim seditiosa, ea cum uiro bellum gerit.

**XXXIII** Andromacha Nocti ‘quae *Laetus*: Andromeda Nocti ‘quae *Scaliger*: androma noctique *F*

**XXXV** 99 recte ei indidit *F*

90

## ANDROMACHA

nomen additum Andromachae quod ἀνδρὶ μάχεται (*Aldus*: andromache· quod andromachete *F*). hoc Enni (Ennii *F*) quis potest intellegere in uersu (*Turnebus*: inuersum *F*) significare ‘Andromachae nomen qui indidit recte indidit’ aut...

## XXXVI

Varro, *Ling.* 10.70: †de genere† multi utuntur non modo poetae sed etiam plerique †haec primo† omnes qui soluta oratione loquuntur (\* \* \*) dicebant ut quaestorem praetorem sic Hectorem Nestorem. itaque Ennius ait:

*Hectoris natum de Troiano muro iactari.*

100

Accius haec in tragoeidiis largius a prisca consuetudine mouere coepit et ad formas Graecas uerborum magis reuocare.

## XXXVII

Festus, p. 384.16:

yssi dicebantur  
Naeuius: ‘odi’ inquit  
inde aperte dice  
times? Ennius in sexto  
ntus in occulto mussa  
s in Andromacha: *di* 101  
on est: nam mussare si  
s in Agnorizomene:  
‘quod potes sile cela oc tege  
tace mussa mane’. SVM pro eum

## XXXVIII

Nonius, p. 76.1: AVGIFICAT, auget. Ennius Andromaca:

†quid fit seditio tabesne an numerus† *avgificat* †suos†.

102

**XXXVI** 100 iactari *wulgo*: lactari *F*

**XXXVII** SVMMVSSI, murmuratores. Naeuius: ‘odi’ inquit ‘summussos, proinde aperte dice quid sit’. Terentius (*sic*) mussare pro tacere posuit cum ait: ‘sile cela occulta tege tace mussa’ — *Paulus*

**XXXVIII** andromaga *L<sup>1</sup>* 102 tabetne *Lipsius* numeros *ed. princ.*

91

## XXXIX

Nonius, p. 292.7: EXANCLARE etiam significat perpeti. Ennius Andromache aechmaloto:

*quantis cum aerumnis illum exanclavi diem.*

103

## XL

(a) Nonius, p. 401.37: SVMMVM, gloriosum, laudabile... Ennius Andromache aechmaloto (*andromaca haec malo codd.*): 'annos multos longinque (*longique codd.*) ab domo bellum gerentes summum summa (*summam A<sup>4</sup>*) industria'.

(b) Nonius, p. 515.12: LONGINQE et LONGITER pro longe. Ennius Andromache aechmaloto:

*annos multos longinque a domo  
bellum gerentes summum summa industria.*

104

## XLI

Nonius, p. 504.18: LAVERENT (*uulgo: lauere codd.*) etiam inde manauit. Ennius Andromaca:

*nam ubi introducta est puerumque ut lauerent locant  
in clipeo.*

105

## XLII

Nonius, p. 505.12 SONVNT etiam inde manauit. Ennius Andromache aechmalotide:

*nam neque irati neque blandi quicquam sincere sonunt.*

108

XXXIX Andromache aechmaloto 'quantis Gerlach: Andromache aechmaloti 'quantis Roth: andromache malo torquantis (*torquentis LB<sup>4</sup>*) codd. 103 exanclavi eum diem *A<sup>4</sup>L<sup>2</sup>*

XL (b) accius andromache ei malo (*mala C<sup>4</sup>*) codd.

XLI 106 puerorumque G 107 clypeo Aldus: cypeo LBamb.: cypeo HG

XLII andromace ethemapotide codd. 108 quiquam codd.: corr. *L<sup>2</sup>*

## XLIII

Nonius, p. 515.24: RARENTER... Ennius Andromacha:

*sed quasi aut ferrum aut lapis  
durat rarenter gemitum †conatur trabem†*

109

## XLIV

(a) Servius, *Aen.* 1.224: ueliolum duas res significat, et quod uelis uolatur, ut hoc loco, et quod uelis uolat, ut Ennius: 'naues (nauis C) ueliolas'. qui et proprie dixit.

(b) Macrobius, *Sat.* 6.5.10: (1: multa quoque epitheta apud Vergilium sunt quae ab ipso facta creduntur sed et haec a veteribus tracta monstrabo) despiciens mare ueliolum (*Aen.* 1.224) ... Ennius in quarto decimo... idem in Andromache:

*rapit ex alto naues ueliolas.*

111

## ANDROMEDA

## XLV

Festus, p. 312.7: QVAESO, ut significat idem quod rogo, ita quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennius lib. II... et in Cresphonte... et in Andromeda:

*liberum quaesendum causa familiae matrem tuae.*

112

XLIII 109 quasi ferrum *B<sup>4</sup>C<sup>4</sup>* 110 conatu trahens *Lipsius*

XLIV (b) andromache rapit *A*: dromachera alpit *N*: dromachera capit *P*:

dromacera apice *T*: dromache rapit *RF* uelicolas *F*

XLV andromedoa liberum quae scdm (i.e. secundum) *F*

## XLVI

(a) Festus, p. 448.19:

saxa et difficili  
ri insuetae, aut  
lere. Ennius in An  
tita saxo atque host  
unde scrupulosam  
in se asperi. Cornel  
III: his tum inectus  
et quaedam dubitatio

(b) Nonius, p. 169.25: SCABRES pro scabra es (*Quicherat*:  
scapres pro scabres *codd.*). Ennius Andromeda:

*scrupo eo inuestita saxo atque ostreis* †*quam excrabrent*†. 113

## XLVII

Festus, p. 514.22: VRVAT. Ennius in Andromeda significat  
circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda uruo aratri,  
quae fit forma simillima uncini curuatione buris et dentis, cui  
praefigitur uomer. ait autem:

*circum sese uruat ad pedes a terra quadringentos* †*caput*†. 114

## XLVIII

Nonius, p. 20.18: CORPORARE est interficere et quasi corpus  
solum sine anima relinquere. Ennius Andromeda:

*corpus contemplatur unde corporaret uulnere.* 115

XLVI (a) SCRVPI dicuntur aspera saxa et difficilia attractatu; unde scrupulosam

rem dicimus, quae aliquid in se habet asperi — Paulus

XLVI (b) 113 *scrupo L* squamae scabrent *Merceru*

## XLIX

(a) Nonius, p. 165.8: †reciproca animum in quam odiose†  
Ennius Andromeda: ‘rurus (riscus *B<sup>A</sup>*) prorsus reciprocat  
fluctus (fructus *codd.*) feram’.

(b) Nonius, p. 384.32: RVRVS, retro... Ennius Andromeda:

*rurus prorsus reciprocat fluctus* †*feram*†. 116

## L

Nonius, p. 183.18: VISCRATIM, per uiscera (per uiscera *C<sup>A</sup>D<sup>A</sup>*:  
*om. L*). Ennius Andromeda:

*alia fluctus differt dissupat* 117  
*uisceratim membra; maria salsa spumant sanguine.*

## LI

Priscianus, Gramm. II 293.5: inueniuntur tamen quaedam  
pauca feminini generis, quae ex masculinis transfigurantur non  
habentibus neutra, quae et animalium sunt demonstrativa,  
naturaliter diuisum genus habentia, quae differentiae causa  
ablativo singulari ‘bus’ assumentia faciunt dativum et ablativo  
pluralem, quod nulla alia habet declinatio in ‘bus’ terminans  
supra dictos casus, ut ‘a’ longam in eis paenultimam habeat,  
ut ‘his natabus’, ‘filiabus’, ‘deabus’, ‘equabus’, ‘mulabus’,  
‘libertabus’, ‘asinabus’... et ‘filiis’ tamen in eodem genere  
dictum est. Ennius in Andromeda:

*filiis propter te obiecta sum innocens Nerei.* 119

[id est natis pro natabus] id est Nerei filiabus.

LI andromeada *Rr*: andromedia *GK*

## ATHAMAS

## LII

Charisius, p. 314.9 EVHOE... Ennius in Athamante:

*his erat in ore Bromius, his Bacchus pater,  
illis Lyaeus uitis inuentor sacrae.  
tum pariter teuhan euhium†  
ignotus iuuenum coetus alterna uice  
inibat alacris Bacchico insultans modo.*

120

## CRESPHONTES

## LIII

Rhetor incertus, Her. 2.38: utuntur igitur studiosi (studiose M) in confirmanda ratione duplice conclusione hoc modo:

*iniuria abs te adficio indigna pater.  
nam si improbum esse Cresphontem existimas,  
cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,  
cur talem inuitam inuitum cogis linquere?*

125

quea hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur aut ex simplici parte reprehendentur (reprehendetur M). ex contrario (contraria M) hoc modo:

*nulla te indigna nata adficio iniuria.  
si probus est, collocaui. sin est improbus,  
diuortio te liberabo incommodis.*

129

LIII 120 his erat Fabrius: is erat N 121 illis Lyaeus uitis n<sup>1</sup>: illis \* uitis n: illis lisaeus uitis N 122 tum pariter euhan (euhoe euhoe) euhium Fabricius: tum pariter euhoe neucheum Cauchii exc. 123 iuuenem Cauchii exc. 124 insultans ed. princ.: insultas N

LIII 126 chresponthe H: chrespontem BC: chresponthem PΠ: threspontem E existimas bd 127 sin est EC: sine si M 128 linquere ΠBC: liquere M: relinquere E 129 nuta M 130 est locauit sin (sin autem bl) E: es collocabis in M: est te locauit Oudendorp 131 te liberabo Omnia bonus: libero te M: liberabo te E

## CRESPHONTES

ex simplici parte reprehendetur si (sed M) ex duplice conclusione alterutra pars diluitur, hoc modo:

'nam si improbum esse Cresphontem (esse chrespontem M: threspontem esse E) existimas (existimabas bd), cur me huic (huius Cd: his bl) locabas nuptiis? ::duxii probum.

errauit. post cognoui et fugio (fugio nunc E) cognitum'. ergo reprehensio huiusmodi conclusionis duplex est; auctior (acutior CBE) illa superior, facilior haec posterior ad cogitandum.

## LIV

Festus, p. 312.7: QVAESO, ut significat idem quod rogo, ita quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium lib. II... et in Cresphonte:

*ducit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia.*

132

## LV

Festus, p. 334.8: REDHOSTIRE, referre gratiam... nam et hostire (hostiae F) pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte:

*audi atque auditis hostimentum adiungito.*

133

## LVI

Gellius 7.16.8: sed neque solus Catullus ita isto uerbo (i.e. 'deprecor'; 92.3) usus est. pleni sunt adeo libri similis in hoc uerbo significationis, ex quibus unum et alterum quae subpetierant apposui.

9: Q. Ennius in Erectheo non longe secus dixit quam Catullus... signat abigo et amolior uel prece adhibita uel quo alio modo.

10: item Ennius in Cresphonte:

*ego meae cum uitiae parcam, letum inimico deprecer.*

134

LIV chresponde F

LV chresponde F 133 audi Scaliger: audis F

LVI 134 cum meae codd.: transp. Bothe

## LVII

Nonius, p. 144.12: NITIDANT, abluunt (*F<sup>3</sup>mg.*: albunt *F<sup>3</sup>*:  
aluent *L<sup>1</sup>C<sup>4</sup>D<sup>4</sup>*.); dictum a nitore. Ennius Cresphonte:

†opie† 135

*eam secum aduocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.*

## LVIII

Nonius, p. 471.2: SORTIRENT pro sortirentur... MODERANT pro  
moderantur... SORTIVNT. Ennius Cresphonte:

*an inter se sortiunt urbem atque agros.* 137

## LIX

Macrobius, *Sat. 6.2.21* (cf. fr. xxv): 'nec te tua funera mater |  
produxi pressiue oculos aut uulnra laui (Vergilius, *Aen. 9.486-*  
*7*)'. Ennius in Cresphonte:

*neque terram inicere neque cruenta conuestire corpora* 138  
*mihi licuit neque miserae lauere lacrimae salsum sanguinem.*

## ERECTHEVS

## LX

Festus, p. 158.10:

aerumnas. NEMINIS  
et quis diceret cum sit  
uitio creatis neminiisque  
us Erectheo: *lapideo sunt* 140  
*corde multi quos non miseret neminis. NEMO*

*LVII* cresponde *codd.* 136 ad fortē *codd.*: corr. *F<sup>2</sup>*

*LVIII* cresfonte *codd.* 137 inter sese *Vossius*

*LIX* cresphonte *P*: cressiphonte *NRFA* 138 conuertire *T*: conuertere *A*  
139 mihi corpora *codd.*: *transp. Bothe*

*LX* NEMINIS genitioiu casu Cato (sic) usus est, cum dixit: 'sunt multi corde quos  
non miseret neminis' — *Paulus*

## LXI

Gellius 7.16.9: Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit  
quam Catullus (cf. fr. LVI):

†qui† nunc

inquit

*aerumna mea libertatem paro,* 141  
*quibus seruitutem mea miseria deprecor.*

## LXII

Macrobius, *Sat. 6.4.6* (i: ego conabor ostendere hunc studio-  
sissimum uatem et de singulis uerbis ueterum aptissime iudicasse  
et inseruisse electa operi suo uerba quae nobis noua uideri facit  
inuria uetustatis): 'tum ferreus hastis | horret ager (Vergilius,  
*Aen. 11.601-2*)'. HORRET mire se habet. sed et Ennius in quarto  
decimo... et in Erechtheo:

*arma †arrigunt† horrescunt tela.* 143

## EV MENIDES

## LXIII

Nonius, p. 292.18: EXANCLARE, effundere. Ennius Eumeni-  
dibus:

*nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem.* 144

*LXI* erictheo *V*: eripiteo (eripite o *B<sup>4</sup>*) *codd. Non. p. 290.18* 141 cui *codd.*  
*Non.* erumnam ea (erumnam et a *L*) *codd. Non.:* erumpna ea *V* libertate  
para *codd. Non.* 142 meam miseriam (meam miseria *A<sup>4</sup>*: mea miseria *E*)  
*codd. Non.*

*LXII* erictheo *RFA*: erecteo *NP*: erictheo *T* 143 horrigunt *N*:  
argunt *A*

## LXIV

Nonius, p. 306.32: FACESSERE significat recedere. Ennius  
Eumenidibus:

*dico uicisse Orestem. uos ab hoc facessite.* 145

## LXV

Nonius, p. 474.35: OPINO pro opinor... Ennius Eumeni-  
dibus:

*tacere opino esse optumum et pro uiribus* 146  
*sapere, atque fabulari tute noueris.*

## LXVI

Nonius, p. 505.16: EXPEDIBO pro expediam... Ennius  
Eumenidibus:

*id ego aecum ac iustum fecisse expedibo atque eloquar.* 148

## HECTORIS LYTRA

## LXVII

Festus, p. 334.8: REDHOSTIRE, referre gratiam... nam et hostire  
pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte... et in Hectoris  
lytris:

*quae mea comminus machaera atque hasta †hospius manū†.* 149

LXIV 145 edico L. Mueller: dico ego Scaliger Orestem ed. princ.: oresten  
codd. nuossab (nuosab B) A<sup>4</sup> facessit (facessi L<sup>1</sup>) codd.: corr. Vrbin. 307  
LXV 147 atquea A<sup>4</sup> tate C<sup>4</sup>

LXVI 148 ac iustum fecisse Jocelyn: ac ius fuisse Gulielmius: accius fecisse  
codd.

LXVII innectoris lyrisque mea F: corr. Vrsinus 149 hostibis eminus  
Timpanaro: hostiuit e manu Scaliger

## LXVIII

Nonius, p. 111.7: FVAM, sim uel fiam... Ennius Hectoris  
lytris:

*at ego omnipotens* 150  
*ted exposco ut hoc consilium Achiuis auxilio fuat.*

## LXIX

Nonius, p. 222.25: SPECVS genere masculino... Ennius Lytris:  
*inferum uastos specus.* 152

## LXX

Nonius, p. 355.3: OCCVPARE est proprie praeuenire... Ennius  
Hectoris lytris:

*Hector †ei summa† armatos educit foras* 153  
*castrisque castra ultro iam ferre occupat.*

## LXXI

Nonius, p. 399.8: SPERNERE tursum segregare. Ennius Hectoris  
lytris:

*melius est uirtute ius: nam saepe uirtutem mali* 155  
*nanciscuntur; ius atque aecum se a malis spernit procul.*

## LXXII

Nonius, p. 407.24: TENACIA est perseverantia et duritia. Ennius  
Hectoris lytris:

*†ducet quadrupedum iugo inuitam†* 157  
*doma infrena et iunge ualida quorum tenacia infrenari minis.*

LXVIII haectoris lytris (lytris B<sup>4</sup>) codd. 150 a ego L 151 ted Bothe:  
te codd. auxilio Vossius: auxiliis codd.

LXX haectoris lytris codd. 153 ui summa Mercerus foras Iunius: in foras  
codd. 154 conferre Vossius

LXXI haectoris lytris (lytris G: lytris L<sup>1</sup>) codd. 155 ius Bentinus: eius codd.  
156 nanciscetur L: nascuntur G atque cum L

LXXII haectoris lytris (lytris Bamb.) codd. 158 iunge Lipsius: iuge codd.

## LXXIII

Nonius, p. 467.23: VAGAS pro uagaris... Ennius Hectoris lytris:

*constitit credo Scamander, arbores uento uacant.* 159

## LXXIV

Nonius, p. 469.25: CVNCTANT pro cunctantur... Ennius... idem Hectoris lytris:

*qui cupiant dare arma Achilli †ut ipse† cunctent.* 160

## LXXV

Nonius, p. 472.21: CONMISERESCIMVS... Ennius Hectoris lytris:

*†ser uos et uostrum† imperium et fidem Myrmidonum, uigiles, commiserescite.* 161

## LXXVI

Nonius, p. 489.29: TVMVLTI. Ennius Hectoris lytris:

*quid hoc hic clamoris, quid tumulti est? nomen qui usurpat meum?* 163

## LXXVII

Nonius, p. 490.6: STREPITI pro strepitus. Ennius Hectoris lytris:

*quid in castris strepiti est?* 164

LXXIII haectoris (haectoris HBamb.) lytris (litris Bamb.) codd. 159 arboris codd. uacant Columna: uagant codd.

LXXIV haectoris (haectoris HBamb.) lytris (lytris H<sup>a</sup>) codd. 160 ut ipsi Iunius cunctet A<sup>A</sup>

LXXV ectoris lytris (haeactori listris Bamb.) codd. 161 ser uos et uostrum (useruos ūforū Bamb.) codd.: per uos et nostrum Palmerius

LXXVI haectoris lytris (litris H<sup>1</sup>: listris H<sup>a</sup>) codd. 163 qui tumulti C<sup>A</sup>

LXXVII haectoris lytris (lytris Bamb.) codd. 164 strepitus G

## LXXVIII

Nonius, p. 504.30 SONIT pro sonat... Ennius Hectoris lytris:  
*aes sonit, franguntur hastae, terra sudat sanguine.* 165

## LXXIX

Nonius, p. 510.32: SAEVITER pro saeue... Ennius Hectoris lytris:

*saeuiter fortuna ferro cernunt de uictoria.* 166

## LXXX

Nonius, p. 518.3: DEREPENTE... Ennius Hectoris lytris:

*ecce autem caligo oborta est, omnem prospectum abstulit.  
derepente contulit sese in pedes.* 167

## LXXXI

Diomedes, Gramm. I 345.3: similiter halare et halitare (alare et alitare A: alere et alitare B: halere et halitare M). Ennius in Lytris:

*sublime iter ut quadrupedantes flammarum halitantes.* 169

## LXXXII

Diomedes, Gramm. I 387.21: est tertium his (i.e. odi et memini) simile, ut quidam putant — nec enim defuerunt qui hoc uerbum praesentis temporis esse dicerent —, noui nouisti nouit; et id simile est instanti et perfecto, ut memini... apud ueteres

LXXVIII haectoris lytris codd. 165 aes sonit Nic. Faber: et sonit codd.

LXXIX haectoris lytris codd.

LXXX haectoris (haeactoris HBamb.) lytris codd. 167 aborta LA<sup>A</sup>B<sup>A</sup> 168 se sese G in pede C<sup>A</sup>

LXXXI lustris codd. 169 sublime iter ut B: lublime iter A: lublime item M quadrupedantis B alitantes B

THE FRAGMENTS

pluraliter huius uerbi instans colligitur, cum nomus dicunt pro eo quod est nouimus, ita ut Ennius in Lybris:

*nos quiescere aequum est; nomus ambo Vlixem.*

170

HECVBA

LXXXIII

Varro, *Ling.* 7.6: templum tribus modis dicitur: ab natura, ab auspicando, a similitudine; natura in caelo, ab auspiciis in terra, a similitudine sub terra. in caelo templum dicitur, ut in Hecuba:

*o magna templa caelitum commixta stellis splendidis.*

171

in terra, ut in Periboea...sub terra, ut in Andromacha...

LXXXIV

Gellius 11.4.1: Euripidis uersus sunt in Hecuba uerbis, sententia, breuitate insignes inlustresque; Hecuba est ad Vlixen dicens (293-5):

2:

τὸ δ' ἀξίωμα, κῶν κακῶς (κακὸς *codd.* Gell.) λέγῃ, τὸ σὸν νικῆ (πείσει, πείθει *codd. Eur.*)· λόγος γάρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ίών

κάκ τῶν δοκούντων αὐτὸς (*Porson*: αὐτὸς *codd.*) οὐ ταῦτὸν σθένει.

3: hos uersus Q. Ennius, cum eam tragoediam uerteret, non sane incommode aemulatus est. uersus totidem Enniani hi sunt:

*haec tu etsi peruerse dices, facile Achiuos flexeris:  
nam cum opulenti locuntur pariter atque ignobiles,  
eadem dicta eademque oratio aequa non aequa ualeat.*

172

LXXXII lustris *codd.*

LXXXIII inecuba *F* 171 caelitum *Scioppius*: caeli tum *F*

LXXXIV 172 haec tametsi *X* 173 namque opulenti cum *Scaliger*: nam opulenti quam *Porson* pariter et *P* 174 dicta atque eadem *P*

HECVBA

4: bene, sicuti dixi, Ennius; sed ignobiles tamen et opulentι ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων satisfacere sententiae non uidentur; nam neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι, neque omnes opulentι εὐδοξοῦσιν.

LXXXV

Nonius, p. 115.28: GVTTATIM... Ennius Hecuba:

†uide hinc meae inquam† lacrumae guttatum cadunt.

175

LXXXVI

Nonius, p. 116.31: GRATVLARI, gratias agere. Ennius Hecuba:

Iuppiter tibi summe tandem male re gesta gratulor.

176

LXXXVII

Nonius, p. 153.22: PERBITERE, perire... Ennius Hecuba:

set numquam scriptis quis parentem aut hospitem  
necasset †quos quis† cruciatu perbiteret.

177

LXXXVIII

Nonius, p. 223.24: SALVM neutri generis est uulgari consuetudine. masculini. Ennius Hecuba:

undantem salum.

178

LXXXIX

(a) Nonius, p. 224.6: SANGVIS masculino genere in consuetudine habetur...neutro. Ennius Hecuba:

heu me miseram. interii. pergunt lauere sanguen sanguine.

180

LXXXV haecuba *codd.* 175 uide hunc meae in quem *Mercerus*: uide hanc meae in quam *Vossius* lacrumae *B<sup>4</sup>*: lacrimae *F<sup>3</sup>*: meae *L*

LXXXVI 176 iupiter *codd.*: corr. *L<sup>2</sup>*

LXXXVII 177 scriptis *Vossius*: scriptis *codd.* qui *Iunius* 178 necasset quo quis cruciatu *Iunius*: necassat quos quis cruciatu *codd.*

LXXXIX (a) hecuba heu *B<sup>4</sup>*: hecubae heu *L<sup>1</sup>*: hecuba cheu *F<sup>3</sup>* 180 labere *codd.*

(b) Nonius, p. 466.18: LAVARE, cum sit eluere et emaculare et aquis sordida quaeque purgare, uetustatis auctoritas posuit etiam polluere... Ennius Hecuba (heucuba LBamb.: ecuba G): 'heu me miseram (miserum C<sup>A</sup>). interii. pergunt lauere sanguen sanguine (sanguen om. L<sup>1</sup>)'.

(c) Nonius, p. 503.38: LAVIT pro lauat... LAVERE inde tractum est... Ennius... idem Hecuba: 'heu me miserum. interii. pergunt lauere (labere codd.) sanguinem (LA<sup>A</sup>: sanguen sanguinem B<sup>A</sup>C<sup>A</sup>)'.

## XC

Nonius, p. 342.23: MODICVM in consuetudine pausillum uolumus significare; modicum ueteres moderatum et cum modo (commodo A<sup>A</sup>: commodum LD<sup>A</sup>) dici uolunt... Ennius Hecuba:

*quae tibi in concubio uerecunde et modice morem gerit.*

181

## XCI

Nonius, p. 474.32: MISERETE. Ennius Hecuba:

*miserete †manus† date ferrum qui me anima priuem.*

182

## XCII

(a) Nonius, p. 494.3: PAVPERIES pro paupertate. Ennius Hecuba: 'senex sum: utinam moriar mortem oppetam priusquam eueniat quod in pauperie mea (pauperie D<sup>A</sup>: pauperiem C<sup>A</sup>) senex grauiter gemam'.

(b) Nonius, p. 507.19: EVENAT pro eueniat. Ennius Hecuba:

*senex sum: utinam mortem obpetam priusquam euenat*

183

*quod in pauperie mea senex grauiter gemam.*

XC haecuba L: heccuba Gen.H 181 in cubio A<sup>A</sup>D<sup>A</sup>  
XCI ecuba codd.

## IPHIGENIA

## XCIII

Rhetor incertus, Her. 3.34: cum uerborum similitudines imaginibus exprimere uolemus, plus negoti suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus. id nos hoc modo facere oportebit. 'iam domum ultiōem (domū ultiōem l: domui ultiōem C: domi ultiōem HΠIBC<sup>2l</sup>b<sup>d</sup>p: domum itionem p m. 2, librarius cod. Bernensis 469 in marg., Victorius) reges Atridae parant'. in loco †constituere† (PΠB: construere H: oportet constituere bl: constituere oportet Cd) manus ad caelum tollentem Domitium cum a Regibus Marciis loris caedatur: hoc erit 'iam domum ultiōem (domū ultiōem l: domū ultiōes M: domi ultiōem bd) reges'. in altero loco Aesopum et Cimbrum subornari, ut agant (W. Kroll: ut ad M: ut uel uaganter E) Iphigeniam (ephigeniam codd.), in Agamemnonem et (PΠB: in agamen non emit H: in agamen nomen et C: om. E) Menelaum (om. E): hoc erit 'Atridae parant'. hoc modo omnia uerba erunt (CE: erant M) expressa.

## XCIV

Cicero, Tusc. 1.116: clarae uero mortes pro patria oppetiae non solum gloriosae rhetoribus sed etiam beatae uideri solent... Menoeceus non praetermittitur qui item oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem. Iphigenia (nam Iphigenia Vahlen) Aulide duci se immolandam iubet ut hostium (sanguis superscriptum habet V) elicatur suo.

## XCV

(a) Cicero, Rep. 1.30: in ipsius paterno genere fuit noster ille amicus dignus huic ad imitandum, 'egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus', qui egregie cordatus et catus fuit et ab

Ennio dictus est, non quod ea quaerebat quae numquam inueniret, sed quod ea respondebat quae eos qui quaevisserent et cura et negotio soluerent, cuique contra Galli studia disputanti in ore semper erat ille (*utrum & in e an e in & correcta sit, dijudicare non potuit Ziegler*) de Iphigenia (*ifigenia cod.*) Achilles:

X85

*astrologorum signa in caelo quid sit obseruationis?  
cum Capra aut Nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum,  
quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.*

(b) Cicero, *Diu.* 2.30: Democritus tamen non inscite nugatur, ut physicus, quo genere nihil est adrogantius. ‘quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas’. uerum is tamen habitu extorum et colore declarari censem haec dumtaxat; pabuli genus et earum rerum quas terra procreet uel ubertatem uel tenuitatem; salubritatem etiam aut pestilentiam extis significari putat.

(c) Seneca, *Apocol.* 8.2: si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebrauit, Saturnalicius (*Bücheler*: saturnaliaeus *codd.*) princeps, non tulisset illud, nedum ab Ioue, quem (*Gronouius*: illum deum abiouem [*abioue VL*] qui *codd.*), quantum quidem in illo fuit, damnauit incesti...

3: ...hic nobis curua corriget (*Sonntag*: corrigit *codd.*)? quid in cubiculo suo faciat nescit (*Bücheler*: nescio *codd.*), et iam caeli scrutatur plagas.

(d) Nonius, p. 145.12: NEPAM quidam cancrum putant ad illud Plauti (*Cas.* 443) ‘retrouorsum cedam: imitabor nepam (*nepa C<sup>4</sup>D<sup>4</sup>*)’ et illud aliud ‘aut cum nepa † fasset†’. dubium in utroque. nam uere nepa scorpius dicitur.

(e) Donatus, *Ter. Ad.* 386 (386–8 istuc est sapere, non quod ante pedes modost | uidere sed etiam illa quae futura sunt | prospicere): NON QVOD ANTE PEDES MODO EST VIDERE. hoc

sumpsit poeta de illo in (in *V*: om. *C*) †syrum† (Syrium *Schoell*: physicum *Lindenbrog*) peruulgato ancillae dicto: ‘quod ante pedes est non uident, caeli scrutantur (uidet caeli scrutatur *V*) plagas’.

## XCVI

(a) Varro, *Ling.* 5.19: omnino †eo magis puto a chao chouū† et hinc caelum, quoniam, ut dixi, ‘hoc circum supraque quod complexa continet terram’, cauum caelum. itaque dicit Andromacha nocti (*vide fr. XXXIII*)... et Agamemno: ‘in altisono caeli clipeo’. cauum enim clipeum. et Ennius item ad cauationem: ‘caeli ingentes fornices (*v. 319*)’.

(b) Varro, *Ling.* 7.73:

188

*quid noctis uidetur? in altisono  
caeli clipeo temo superat  
<plaustrī> stellas sublimum agens  
etiam atque etiam noctis iter.*

hic multam noctem ostendere uolt a temonis motu; sed temo unde et cur dicatur latet. arbitror antiquos rusticos primum notasse quaedam in caelo signa, quae praeter alia erant insignia atque ad aliquem usum †culturae† tempus designandum conuenire animaduertebantur.

XCV \*Cicero, *Tusc.* 5.114 et cum alii saepe quod ante pedes esset non uiderent, ille (*FBV<sup>rec</sup>* et *b*: illa *X*) in (*s*: om. *XF*) infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret, *Nat. deor.* 3.40 singulas enim stellas numeras deos eosque (easque *P*) aut beluarum nomine appellas ut Capram, ut Nepam (*cod. Vrsini*: lupam *AVB*), ut Taurum, ut Leonem, aut rerum inanimarum, ut Argo, ut Aram, ut Coronam; Poeta incertus, *Aetna* 254–6 nam quae mortali spes est, quae amentia maior, | in Iouis errantem regno perquirere diuos, | tantum opus ante pedes transire ac perdere segnem (*Schrader*: segne est *G*: segnes *x*); ex Cicerone Minucius Felix 12.7, Augustinus, *Conf.* 10.16.25, Ambrosius, *Noë* 7.17, Paulinus Nolanus, *Epist.* 12.5. XCVI (b) 190 *<plaustrī>* stellas *Jocelyn* sublimum agens *Jocelyn*: sublimis agens *Turnebus*: sublime agens *F*

74: eius signa sunt quod has septem stellas Graeci ut Homerus uocant ἄμοξαν et propinquum eius signum βοώτην (bootem signum *F*), nostri eas septem stellas τριβουes et temonem et prope eas axem τρiones enim et boues appellantur a bubulcis etiam nunc cum arant terram...

75: temo dictus a tenendo: is enim continet iugum. et plaustrum appellatum a parte totum, ut multa. possunt triones dicti, vii quod ita sitae stellae, ut ternae trigona faciant ταλικοδτριγωνα

(c) Festus, p. 454.37:

septem stellae appell  
bus iunctis quos trio  
appellent quod iunc  
quasi terrionem  
quod id astrum Graec  
partem quandam  
Ennius: 'superat  
et physici eum summ  
conten... temp  
aiunt, quod ita sunt  
ut ternae proximae  
trigona

(d) Apuleius, *Socr.* 2: suspicientes in hoc perfectissimo mundi,  
ut ait Ennius, clipeo miris fulgoribus uariata caelamina.

### XCVII

Festus, p. 218.21: OB praepositione antiquos usos esse pro ad  
testis est Ennius, cum ait lib. XIV... et in Iphigenia:

*Acherontem obibo ubi Mortis thesauri obiacent.* 192

eiusdem autem generis esse ait obferre, obtulit, obcurrit,  
oblatus, obiectus. mihi non satis persuadet.

**XCVII** ephigenia *W*: hiphigenia *X* 192 obibo *ed. princ.*: adibo *W*: adhibo  
*X* obiacent *X*: adiacent *W*

### XCVIII

(a) Festus, p. 292.7: PEDVM est quidem baculum incuruum quo pastores utuntur ad comprehendendas oves aut capras; a pedibus. cuius meminit etiam Vergilius in Bucolicis, cum ait (5.88): 'at tu sume pedum'. sed in eo uersu, qui est in Iphigenia Enni:

*procede: gradum proferre pedum,  
nitere, cessas o fide?*

id ipsum baculum (*Vrsinus*: iaculum *F*) significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta: gradum proferre pedum cessas nitere.

(b) Schol. Veronensis, Verg. *Ecl.* 5.88: pedum autem est baculum recurvum quo pastores utuntur \* | aut adminiculum pedum sit, ut ait Ennius in Iphigenia (ifigenia): 'gradum proferre pedum nitere cessas o fide' \* \* | pastores pedes ouium (*Keil*: bouium) retrahere soleant.

### XCIX

Gellius 19.10.4: ...cumque architectus dixisset necessaria uideri esse sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis: 'et praeter propter' inquit 'alia quinquaginta'...

6: 'non meum' inquit 'hoc uerbum est, sed multorum hominum, quos loquentis id audias;

7: quid autem id uerbum significet, non ex me, sed ex grammatico quaerundum est'...

11: atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est, id ipsum, de quo quaerebatur, scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari.

**XCVIII** (a) iphigeniae *F* 194 o fide *om. F et fortasse Festus*

12: quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. in eius tragoeiae choro inscriptos esse hos uersus legimus:

195

otio qui nescit uti  
plus negoti habet quam cum est negotium in negotio.  
nam cui quod agat institutum est †in illis† negotium,  
id agit, *(id)* studet, ibi mentem atque animum delectat suum;  
otioso initio† animus nescit quid uelit.  
hoc idem est: em neque domi nunc nos nec militiae sumus. 200  
imus huc, hinc illuc; cum illuc uentum est, ire illinc lubet.  
incerte errat animus, praeter propter uitam uiuitur.

13: ... 'audistine', inquit, 'magister optime, Ennium tuum dixisse praeter propter et cum sententia quidem tali quali seuerissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur, dicas, quoniam de Enniano iam uerbo quaeritur, qui (*uulgo: quid codd.*) sit remotus (*Hosius: motus codd.*) huiusc uersus sensus: "incerte errat animus praeter propter uitam uiuitur".

## C

Iulius Rufinianus, *Rhet.* 11, p. 41.28: ὀγανάκτησις, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia:

*Menelaus me obiurgat; id meis rebus regimen restitat.* 203

## CI

Iulius Rufinianus, *Rhet.* 37, p. 47.16: σύγκρισις siue δυτίθεσις, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut

204

*ego projector quod tu peccas. tu †delinquas† ego arguor.  
pro malefactis Helena redeat, uirgo pereat innocens?  
tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?*

**XCIX** 196 negotii codd. 197 in illis δ: in illo γ negotio ΠΙΧ 198 *(id)* studet Ribbeck 199 otioso in otio Lipsius 200 nec *uulgo: de* codd. 201 hunc δ hinc illinc Ζ: illuc hinc Ζ ire illuc Ζ lubet Beroaldus: iubet codd. 202 uita Salmasius

C 203 restitat Bentley: restat ed. Basil.

CI 204 delinquis R. Stephanus 206 necetur filia Columna: negetur filia mea ed. Basil.

## CII

Servius auctus, *Aen.* 1.52: sane uasto pro desolato ueteres ponebant. Ennius Iphigenia:

207

*quae nunc abs te uiduae et uasta uirgines sunt.*  
ponebant et pro magno. Clodius Commentariorum: 'uasta inania magna'.

## MEDEA EXVL; MEDEA

## CIII

(a) Rhetor incertus, *Her.* 2.34: item uitiosa expositio quae nimium longe repetitur... hic id, quod extreum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium et ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est:

208

*utinam ne in nemore Pelio securibus  
caesa accidisset abiegnā ad terram trabes,  
neue inde nauis inchoandi exordium  
cepisset, quae nunc nominatur nomine  
Argo, quia Argiui in ea delecti uiri  
ueti petebant pellem inauratam arietis  
Colchis, imperio regis Peliae, per dolum.  
nam numquam era errans mea domo efferret pedem  
Medea animo aegro amore saeuo saucia.* 215

**CIII** (a) 208 utinam CE: uti iam M 209 caesa accidisset abiegnā *scripsit* Ennius: fortasse errauit rhetor: caesae codd. accidissent BΠ: // cidissent P<sup>1</sup>: accedissent P<sup>2</sup>CE abiegnae EBΠCP<sup>2</sup>: ad ignē H: abigne P<sup>1</sup> 210 nauis E: naues M inchoandi b: inchoandas H: inchoansas P<sup>1</sup>: inchoans Π: inchoanda B: inchoandae CP<sup>2</sup>d: inchoandum l 211 cepisset M: coepisset bdH<sup>2</sup>ΠC: caepisset Bl 212 argu M qui (qua PB) argui in eadem lecti uiri M: qua argui delecti uiri E 214 pelire M 215 nam (utinam C) numquam era (hera C) errans mea domo efferret pedem BC: nam numquam era mea errans medea domo efferret pedem d: nam numquam hera errans mea medea efferret pedem (pellem b) domo bl: nam numquam errans mea efferret pedem M 216 non habent codices rhetoris: medea egro amore saucia in cod. P marginē m. 2 additum

nam hic satis erat dicere, si id modo quod satis esset curarent (curassent *E*) poetae: ‘utinam ne era errans (hera errans *CBE*: erra ueras *H*: erra erra errans *P*: trans *Π*) mea domo efferret pedem (*M*: mea efferret pedem domo *E*) Medea (Medeas *HP<sup>1</sup>*) animo (*b*: animū *d*: homo *H*: homodo *P*: *om.* *ΠBCI*) aegro (egro *b*) amore saeuo (amores reuo *M*: amore *BE*: *om.* *Π*) saucia’.

(*b*) Cicero, *Inu.* 1.91: remotum est quod ultra quam satis est petitur... huiusmodi est illa quoque conquestio: ‘utinam ne in nemore Pelio securibus caesae accidissent (*H<sup>3</sup>*: accedissent *M*: concidissent *S<sup>2</sup>i*: cecidissent *J*) abiegnæ (*P<sup>3</sup>* in *marg.*: *om.* *C*) ad terram trabes (*vv.* 208–9)’. longius enim repetita est quam res postulabat.

(*c*) Cicero, *Cael.* 18: ...conduxit in Palatio non magno domum. quo loco possum dicere id quod uir clarissimus, M. Crassus, cum de aduentu regis Ptolemaei quereretur, paulo ante dixit: ‘utinam ne in nemore Pelio (peleo *P*) (*v.* 208) — ac longius mihi quidem (*V*: quidem mihi *Ππ*) contexere hoc carmen liceret: ‘nam numquam era (eram *GE*) errans (*v.* 215)’ hanc molestiam nobis exhiberet ‘Medea (mede *P*) animo aegro (aegra *H*) amore saeuo saucia (*v.* 216)’. sic enim, iudices, reperietis quod, cum ad id loci uenero, ostendam, hanc Palatinam Medeam eamque migrationem huic (*Kayser*: migrationemque huic *codd.*) adulescenti causam siue malorum omnium siue potius sermonum fuisse.

(*d*) Cicero, *Fin.* 1.4: in quibus hoc primum est in quo admirer, cur in grauissimis rebus non delectet eos sermo patrius, cum idem fabellas Latinas ad uerbum e Graecis expressas non inuiti legant. quis enim tam inimicus paene nomini (nomini pene *BE*) Romano est, qui Enni (ennii *codd.*) Medeam aut Antiopam Pacuui (pacuuii *codd.*) spernat aut reiciat, quod se isdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas litteras oderit?...

*s*: ...an ‘utinam (*Muretus*: at utinam *ABERN*: aut umnam *V*) ne in nemore (*v.* 208)’ nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum, quae autem de bene beateque uiuendo a Platone disputata sunt, haec explicari non placebit Latine?

(*e*) Cicero, *Tusc.* 1.45: ...qui ostium Ponti uiderunt et eas angustias per quas penetrauit ea quae est nominata ‘Argo, quia Argui in ea (in ea *add.* *K<sup>c</sup>*) delecti (*KV<sup>2</sup>B*: dilecti *GRV<sup>1</sup>*) uiri uecti petebant pellem inauratam arietis (*vv.* 212–13)’.

(*f*) Cicero, *Nat. deor.* 3.75: utinam igitur ut illa anus optat ‘ne in nemore Pelio securibus caesae accidissent (cecidissent *B<sup>2</sup>*) abiegnæ (abiegne *B<sup>2</sup>*: abigne *APVB<sup>1</sup>*) ad terram trabes (*vv.* 208–9)’, sic istam calliditatem hominibus di ne dedissent...

(*g*) Cicero, *Fat.* 34: itaque non sic causa intellegi debet ut quod cuique antecedat id ei causa sit sed quod cuique (antecedat id ei [*corr. ex id et*]...) cuique in *mg. antiquissimus corrector add.* *A*: // antecedat id, *litura del.* efficientes *B*: id et causa *V*) efficienter (efficientur *V<sup>1</sup>B<sup>1</sup>*) antecedat (antecedant *A<sup>b</sup>V<sup>b</sup>*), nec quod in campum descenderim (descenderint *V<sup>b</sup>*) id fuisse causae (causa *B*) cur pila luderem (lauderem *A<sup>b</sup>*)... ex hoc genere illud est Enni (ennii *V<sup>c</sup>B<sup>c</sup>*) ‘utinam ne in nemore Pelio securibus accidissent (*B<sup>1</sup>*: accedissent *V*: cecidissent *A<sup>2</sup>B<sup>2</sup>*) abiegnæ (abi\*egnae *A*: abiaege *V*) ad terram trabes (trabas *V<sup>1</sup>*) (*vv.* 208–9)’. licuit uel altius: utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset (esse *B<sup>P</sup>*) arbor. etiam supra: utinam ne esset (esse *V<sup>b</sup>*) mons Pelius. similiterque superiora repetentem regredi infinite licet. ‘neue inde nauis inchoandi exordium cepisset (*B<sup>P</sup>*: coepisset *AV*) (*vv.* 210–11)’. quorsum haec praeterita? quia sequitur illud: ‘nam numquam era errans mea domo ecferret (haec ferret *A<sup>b</sup>V<sup>b</sup>*: ha paene erasae *B*) pedem Medea animo aegro amore saeuo (amores aeuo *B<sup>b</sup>*: amores *V<sup>b</sup>*: more *A<sup>b</sup>*) saucia (*vv.* 215–16)’. †non ut eae res (ut heres *V<sup>2</sup>*) causam adferrent amoris†

(h) Cicero, *Top.* 61: hoc igitur sine quo non fit ab eo in quo certe fit diligenter est separandum. illud enim est tamquam ‘utinam ne in nemore Pelio (*v.* 208)’. nisi enim accidissent (*AaV*: cecidissent *OjbcdLβ*) abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in his trabibus efficiendi uis necessaria. at cum in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessario.

(i) Varro, *Ling.* 7.33: sic dictum a quibusdam ut una canes, una trabes ‘remis rostrata per altum’. Ennius: ‘utinam ne in nemore Pelio (polio *F*) securibus caesa accidisset (cesa saccidissent *F*) abiegnæ ad terram trabes (*vv.* 208–9)’. cuius uerbi singularis casus rectus (*Scioppius*: recte *F*) correptus (*Laetus*: correctus *F*) ac facta trabs.

(k) Quintilianus, *Inst.* 5.10.84: recte autem monemur causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea: ‘utinam ne in nemore Pelio (*v.* 208)’. quasi uero id eam fecerit miseram aut nocentem, quod illuc ceciderint abiegnæ (*AB*: ceciderit abiegnæ *P*) ad terram trabes (*v.* 209).

(l) Iulius Victor, *Rhet.* 12, p. 415.24: uitiosum genus argumentationis... ut remotum, quod ulterius quam satis est petitur, ut: si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset.

(m) Donatus, Ter. *Phorm.* 157: UTINAM NE PHORMIO. uetus elocutio utinam *⟨ne⟩* (*add. Stephanus*), ut Ennius in Medea: ‘utinam ne in nemore Pelio umquam sectae cecidissent (cecidissent caesae *V*) ad terram trabes (*vv.* 208–9)’.

(n) Hieronymus, *Epist.* 127.5.2: hanc multos post annos imitata est Sophronia et aliae, quibus rectissime illud Ennianum aptari potest ‘utinam ne in nemore Pelio (*v.* 208)’.

(o) Priscianus, *Gramm.* II 320.15: uetustissimi tamen etiam trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: ‘utinam ne

in nemore Pelio securibus caesa (cessa *GL*) accedisset (*K*: accidisset *r*: cecidisset *h Colonensis*) abiegnæ in terram (in terram abiegnæ *codd.*) trabes (*vv.* 208–9).

(p) Priscianus, *Gramm.* III 423.35: nec solum comici huiuscmodi sunt usi iambis sed etiam tragicis uetustissimi, ut Ennius in Medea: ‘utinam ne in nemore Pelio securibus caesae cecidissent abiegnæ ad terram trabes, neue inde (*RVBa*: neuenide *A*) nauis inchoanda exordium cepisset (*V*: coepisset *A*) quae nunc

CIII \*Pomponius, *Atell. ap.* Non. p. 516.12 occidit taurum toruiter, me amore sauciauit (*Lipsius*: me amores amauit *codd.*); Catullus 64.1–7 Peliaco quondam prognatae uertice pinus | dicuntur liquidas Neptuni nasce per undas | Phasidos (fasidicos *X*: *al.* phasidos *add. rmg*: fasidicos *O*) ad fluctus et fines Aeetaeos (*uulgo*: ceticos *O*: oeticos *X*), | cum lecti iuuenes, Argiuæ robora pubis (*uulgo*: pupis *O*: puppis *X*), | auratam optantes Colchis auertere pellem | ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi, | caerulea uerrentes abiegnis aequora palmis, 171–2 utinam ne tempore primo | Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppies, 250 multiplices animo uoluebat saucia curas; Lucretius 4.1048 idque petit corpus mens unde est saucia amore; Horatius, *Epod.* 16.57–8 non huc Argoo contendit remige pinus, | neque impudica Colchis intulit pedem; Vergilius, *Ed.* 4.34–5 et altera quae uehat Argo | delectos heroas, 8.47–8 saeuus amor docuit natorum sanguine matrem | commaculare manus; Phaedrus 4.7.4–9 parua (*Rigault*: par *P*) libellum sustine patientia, | seueritatem frontis dum placo tuae | et in cothurnis prodit Aesopus nouis (*Pithoeus*: nobis *P*). | utinam nec (*Bongars*: ne *PR*) umquam Pelii (*Salmasius*: pelei *P*) nemoris iugo | pinus bipenni concidisset Thessala | nec ad professae mortis audacem uiam | fabricasset Argus opere Palladio ratem; Poeta incertus *ap.* Gell. 19.11.4 anima aegra (*codd.*: aegra amore *Camerarius*) et saucia | cucurrit ad labeas mihi; Apuleius, *Met.* 4.32 sed Psyche uirgo uidua domi residens deflet desertam suam solitudinem aegra corporis, animi saucia (*uulgo*: animis audacia *codd.*); Orosius 1.12.10 nolo meminisse Medeae amore saeuo sauciae et pignorum paruulorum caede gaudentis.

nominatur nomine Argo, qua uecti Arguii dilecti uiri petebant illam pellem inauratam arietis Colchis imperio regis Peliae per dolum. nam numquam era errans mea domo efferret pedem (*vv. 208-15*).

## CIV

Cicero, *De orat.* 3.217: aliud enim uocis genus iracundia sibi sumat, acutum, incitatum, crebro incidens... aliud miseratio ac maeror, flexible, plenum, interruptum, flebili uoce:

quo nunc me uortam? quod iter incipiam ingredi?  
domum paternamne? anne ad Peliae filias?

217

## CV

(a) Cicero, *Fam.* 7.6.1: tu modo ineptias istas et desideria urbis et urbanitatis depone et, quo consilio profectus es, id adsiduitate et uirtute consequere. hoc tibi tam ignoscemus nos amici quam ignouerunt Medeae quae Corinthum arcem altam habebant matronae opulentiae optumates, quibus illa manibus gypsatisimis persuasit ne sibi uitio illae uerterent quod abesset a patria. nam

multi suam rem bene gessere et publicam patria procul;  
multi qui domi aetatem agerent propterea sunt improbati.

219

**CIV** \*C. Gracchus ap. Cic. *De orat.* 3.214 et Quintil. *Inst.* 11.3.115 quo me miser conferam? quo uortam? in Capitoliumne? at fratri sanguine redundat (*L*: madet *M*). an domum? matremne ut miseram lamentantem uideam et abiectam?; Catullus 64.177-81 nam quo me referam? quali spe perdita nitor? | Idomneosne (*E. Fraenkel*: idoneos [*idmoneos X*] ne *V*) petam montes? at (*Muretus*: a *V*) gurgite lato | discernens ponti (*O*: pontum *X*) truculentum ubi diuidit aequor? | an patris (*R*: impatriis *O*: in patris *G*) auxilium sperem? quemne ipsa reliqui, | respersum iuuenem fraterna caede secuta?

**CIV** 218 paternam *L* ad Peliae *uulgo*: ad Paeliae *P*: appellare *M*

2: quo in numero tu certe fuisse, nisi te extrussemus. sed plura scribemus alias. tu, qui ceteris cauere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiari cauento et (quoniam Medeam coepi agere) illud semper memento:

*qui ipse sibi sapiens prodesse non quit nequiquam sapit.*

221

(b) Cicero, *Off.* 3.62: nemo est qui hoc uiri boni fuisse neget; sapientis negant, ut si minoris quam potuisset uendidisset. haec igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. ex quo Ennius nequiquam sapere sapientem qui ipse sibi prodesse non quiret. uere id quidem, si quid esset prodesse mihi cum Ennio conueniret.

## CVI

Cicero, *Tusc.* 3.63: sunt autem alii quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix:

*cupido cepit miseram nunc me proloqui  
caelo atque terrae Medeai miserias.*

222

## CVII

Cicero, *Tusc.* 4.69: quid ait ex tragedia princeps ille Argonautarum?

*tu me amoris magis quam honoris seruauisti gratia.*

223

quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia. atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet se (*s'V<sup>3</sup>*: sed *X*) coniugem habuisse illum ‘Amor quem dederat qui plus pollet potiorque est patre’.

**CV** (a) 221 nequicquam *R*

**CVI** 223 Medeai *Turnebus*: medeae *codd.*

**CVII** 224 tum amoris *K*: tum ea moris *R* seruauisti *ed. Cratandrina*: seruasti *codd.*

## CVIII

Cicero, *Nat. deor.* 3.65:

nequaquam istuc istac ibit; magna inest certatio.  
nam ut ego illi supplicarem tanta blandiloquentia  
ni ob rem—

225

66: parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem  
machinari? illud uero quam callida ratione:

qui uolt quod uolt ita dat *(semper)* se res ut operam dabit.

228

qui est uersus omnium seminator malorum.

ille trauersa mente mi hodie tradidit repagula  
quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo  
mihi maerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi.

229

hanc uidelicet rationem, quam uos diuino beneficio homini  
solum tributam dicitis, bestiae non habent.

67: uidesne igitur quanto munere deorum simus adfecti?  
atque eadem Medea (*Media A<sup>1</sup>V<sup>1</sup>B<sup>1</sup>*) patrem patriamque  
fugiens

'postquam (posquam *A*) pater  
adpropinquat iamque paene ut comprehendatur parat,  
puerum interea obtruncat membraque articulatim diuidit  
perque agros passim dispergit corpus; id ea gratia  
ut, dum nati dissipatos artus captaret parens,  
ipsa interea effugeret, illum ut maeror tardaret sequi,  
sibi salutem ut familiari pareret parricidio.'

huic ut scelus sic ne ratio quidem defuit.

**CVIII** 225 istac ibit *B<sup>1</sup>*: isthaec ibit *V<sup>2</sup>*: ista ibit *AV<sup>1</sup>B<sup>2</sup>* 226 illi Ribbeck: illis  
*codd.* supplicarem *A* blandiloquenti *codd.* 227 ni ob rem Vahlen: aniobe  
*B*: niobem *AV* 228 qui uult *A<sup>2</sup>V<sup>2</sup>B*: qui uult esse *pauci deteriores*, Davisius  
quod uult *A<sup>2</sup>V<sup>2</sup>B* ut adat *V<sup>1</sup>* *(semper)* se Jocelyn 229 transuersa *V<sup>2</sup>*  
230 perniciem *V<sup>2</sup>*: perniciem *A<sup>2</sup>B<sup>2</sup>*: permisiem *A<sup>1</sup>V<sup>1</sup>B<sup>1</sup>* 231 exitium *V<sup>2</sup>B<sup>2</sup>*:  
exitum *AV<sup>1</sup>B<sup>1</sup>*

## CIX

(a) Varro, *Men. fr. ap. Non.* p. 261.7: non uides apud  
(Ennium) (add. Aldus) esse scriptum 'ter sub armis malim  
uitam cernere quam semel modo parere'?

(b) Varro, *Ling. 6.81*: cerno idem ualet. itaque pro video ait  
Ennius... ab eodem est quod ait Medea:

nam ter sub armis malim uitam cernere  
quam semel modo parere.

232

quod, ut decernunt de uita eo tempore, multorum uidetur uitae  
finis.

(c) Nonius, p. 261.18: CERNERE tursum dimicare uel contendere... Ennius in Medea exule: 'nam ter (te *codd.*) sub armis  
malim (maculum *L<sup>1</sup>*) uitam (*E<sup>1</sup>*: uita *codd.*) cernere'.

## CX

Probus, Verg. *Ecl. 6.31-3* (namque canebat uti magnum per  
inane coacta | semina terrarumque animaeque marisque fuissent  
| et liquidi simul ignis): ... Aemilius Asper cum hunc locum  
(*Aen. 6.724-6*) adnotaret sic ait: 'haec membra naturae sic solet  
iungere ut in tria diuidat. nam et alibi: "maria ac terras caelum-  
que profundum (*Aen. 1.58*)" et Homerus similiter: ἐν μὲν γαῖαιν ἔτευξι, ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν (*Il. 18.483*)'. sed et  
Homerum ipso loco possumus probare quattuor elemen-  
torum mentionem fecisse. nam ἐν μὲν γαῖαιν ἔτευξεν Achilles  
significatur, ut homo terrenus, cui arma fiebant, ἐν δ' οὐρανὸν  
aerem scilicet in quo ista fiebant: ignem extrinsecus adhibebi-  
mus in ipso Volcano. similiter et Ennius in Medea exule in his  
uersibus:

**CIX** (b) 232 nam non habet *F*: fortasse non attulit Varro multa cernere *F*

THE FRAGMENTS

*Iuppiter tuque adeo summe Sol qui res omnis inspicis  
quique tuo lumine mare terram caelum contines  
inspice hoc facinus prius quam fit. prohibessis scelus.*

234

nam (*Keil*: iam *codd.*) et hic Iuppiter et Sol pro igni, qui mare et terram et caelum continet, *(ut)* (*add. Keil*) non dubie (dubium *MP*) caelum pro aere dixerit.

CXI

(a) Nonius, p. 38.29: ELIMINARE, extra limen eicere... Ennius Medea exule:

*antiqua erilis fida custos corporis,  
quid sic te extra aedis examinatam eliminat?* 237

(b) Nonius, p. 292.20: ELIMINARE est exire. Ennius Medea exule: 'antiqua erilis (*edilis codd.*) fida custos corporis quid †sit† extra aedis examinata (*examinata [examineate L<sup>1</sup>] codd.*) eliminat'. Accius Phoenissi...

CXII

(a) Varro, *Ling.* 7.9: in hoc templo faciendo arbores constitui fines apparet et intra eas regiones qua oculi conspiciunt, id est tueamur, a quo templum dictum, ut contemplare, ut apud Ennium in Medea: 'contempla et templum Cereris ad laeuan aspice'.

(b) Nonius, p. 469.34: CONTEMPLA... Ennius Medea:

*asta atque Athenas anticum opulentum oppidum  
contempla et templum Cereris ad laeuan aspice.* 239

CX 236 facimus *V* fit *VE*; sit *MP* prohibessis *Bothe*: prohibesse *V*: prohibe ēē *P*: prohibe prohibe esse *M*: prohibe *E*

CXI (a) ennius et ea exule *L<sup>1</sup>*: ennius metea exule *L<sup>2</sup>*: ennius mede exule *G* 238 sic te *Mercerus*: sit *codd.* examinatam eliminat *Jocelyn*: examinata eliminas *Mercerus*: examinata elimina *codd.*

CXII (b) 239 anticum *Roth*: antiquum *uulgo*: anti eum *codd.* opulentum *LC<sup>4</sup>* 240 et templum Cereris ad laeuan aspice *non habent codices*: fortasse omisit Nonius

MELANIPPA

CXIII

Nonius, p. 84.31: CETTE significat dicite uel date; ab eo quod cedo... Ennius in Medea:

*saluete optima corpora.  
cette manus uestras measque accipite.*

241

CXIV

Nonius, p. 170.8: SVBLIMARE, extollere. Ennius Medea:  
*sol qui carentem in caelo sublimat faciem.* 243

CXV

Nonius, p. 297.16: EFFERRE significat proferre... Ennius Medea:

*utinam ne umquam †mede† cordis cupidō corde pedem extulisses* 244

CXVI

Nonius, p. 467.7: AVCVPAVI, actiuum positum pro passiuo... Ennius Medea:

*fructus uerborum aures aucupant.* 245

MELANIPPA

CXVII

Cicero, *Off.* 1.114: *uide fr. x.*

CXVIII

Gellius 5.11.11-14: '...inter enim pulcherrimam feminam et deformissimam media forma quaedam est, quae et a nimiae pulcritudinis periculo et a suminae deformitatis odio uacat;

CXV 244 Medea Colchis *Lipsius*

qualis a Quinto Ennio in Melanippa perquam eleganti uocabulo stata (*PR*: *tecta V*) dicitur, quae neque κοινή futura sit neque πτοινή<sup>1</sup>. quam formam (*P<sup>2</sup>*: quam in formam *codd.*) modicam et modestam Fauorinus non mi hercule inscite appellabat ‘uxoriam’. Ennius autem in ista quam dixit (*dixi R*) tragoeadia eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse quae stata forma forent.

## CXIX

(a) Nonius, p. 170.10: SUPERSTITENT (*superstent D<sup>4</sup>*), saluent. Ennius Melanippa:

*regnumque nostrum ut sospitent superstinentque.*

246

(b) Nonius, p. 176.2: SOSPITENT, saluent. Ennius Melanippa (*menalippa G*): ‘*regnumque nostrum sospitent superstinentque!*’

## CXX

Nonius, p. 246.9: AVSCVLTARE est obsequi... Ennius Melanippa:

*mi ausulta nate: pueros cremari iube.*

247

## CXXI

Nonius, p. 469.3: AVGRO... Ennius Melanippa:

*†certo hic est nulla† quin monstrum siet.  
hoc ego tibi dico et coniectura auguro.*

248

## CXXII

Macrobius, *Sat.* 6.4.7 (*cf. fr. LXII*): ‘splendet tremulo sub lumine pontus (*Vergilius, Aen.* 7.9)’. TREMVLVM LVMEN de imagine rei ipsius expressum est. sed prior Ennius in Melanippe:

*lumine sic tremulo terra et caua caerula cudent.*

250

CXIX (a) 246 superstitent *Acidalius*

CXX menalippa *codd.* 247 mi *Vossius*: mihi *codd.* cremitari *Bothe*

CXXI menalippo (*melanippo L<sup>1</sup>*) *codd.* 248 certo hic est nullum *B<sup>4</sup>*: certatio hic est nulla *Passeratius*

## CXXIII

(a) Gellius 6.9.15: praeterea inueni a uerbo scindo simili ratione non sciderat, sed sciciderat dictum esse...

17: Ennius quoque <\*\*\*>

(b) Priscianus, *Gramm.* II 516.14: scindo scidi. uetustissimi tamen etiam scicidi (*sciscidi R*) proferebant... Ennius in Melanippa:

*cum saxum sciciderit*

251

## NEMEA

## CXXIV

Nonius, p. 183.14: VENOR, circumuenior. Ennius Nemea:

*teneor consaepta, undique uenor.*

252

## CXXV

Priscianus, *Gramm.* II 171.4: hic et haec et hoc pecus. Ennius in Nemea:

*pecudi dare uiuam marito.*

253

potest tamen figurare hoc esse prolatum, ut si dicam ‘*aquila maritus*’ uel ‘*rex auium*’.

## PHOENIX

## CXXVI

Gellius 6.17.1: percontabar Romae quempiam grammaticum... discendi magis studio et cupidine, quid significaret obnoxius quaque eius uocabuli origo ac ratio esset...

CXXIII (b) menalippa *BD* 251 sciciderit *R*

CXXIV 252 consepta (*concepta G*) *codd.*

CXXV nemia *L*: neinea *G* 253 pecudi ex peculi corr. *K*: pecodi *G* uiua *Dresd.* 1.2 *Erl.* 1.2 *Lips.* 2 *Krehlii*: uerba *Palmer*

THE FRAGMENTS

10: iam uero illud etiam Q. Enni quo pacto congruere tecum  
(congrueret equum *codd.*) potest, quod scribit in Phoenice in his  
uersibus?

*sed uirum uera uirtute uiuere †animatum adiecit†  
fortiterque †innoxium uocare† aduersum aduersarios.  
ea libertas est qui pectus purum et firmum gestitat;  
†aliae† res obnoxiosae nocte in obscura latent.*

254

CXXVII

(a) Helenius Acro, Ter. *Ad.* 45–6 (semper parce ac duriter | se  
habere) *ap.* Charisium, p. 257.6: secundum antiquorum con-  
suetudinem. nam et Ennius in Phoenice:

*quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.*

258

(b) Nonius, p. 512.1: DVRITER pro dure... Ennius Phoenice  
(foenice G: fenice LH): ‘quam tibi ex ore orationem duriter  
dictis dedit’.

CXXVIII

Nonius, p. 91.4: CVPIENTER, cupidissime... Ennius Phoenice:

*†stultus est qui cupida† cupiens cupienter cupit.*

259

CXXIX

Nonius, p. 245.30: ARGVTARI dicitur loquacius (*H<sup>3</sup>*: loquacium  
*codd.*) proloqui. Ennius Phoenice:

*†tum tu isti credere† atque exerce linguam ut argutarier  
possis.*

260

CXXVI phonice *codd.* 254 animatum addebet *Carrio* 255 innoxium  
uacare *P*: innoxium stare *Bentley* 257 obnoxiosae *Acidalius*: obnoxiōse *V*:  
obnoxiō se *P*: obnoxiē se *R*

CXXVII (a) poinice *N*

CXXVIII foenice *codd.*

CXXIX Ennius Phoenice ‘tum *Mercerus*: ennius quo enicetum *codd.* 260  
tum tu isti crede te *Haupt*: tum tu isti crede *L<sup>1</sup>* *Turnebus* lingua *LA<sup>4</sup>B<sup>4</sup>*

TELAMO

CXXX

Nonius, p. 507.22: FAXIM, fecerim. Ennius Phoenice:  
*plus miser sim si scelestum faxim quod dicam fore.*

261

CXXXI

Nonius, p. 510.32: SAEVITER pro saeve... Ennius Phoenice:  
*saeuiter suspicionem ferre falsam futilum est.*

262

CXXXII

Nonius, p. 514.12: FVTITLE, futiliter. Ennius Phoenice:  
*ut quod factum est futtle amici uos feratis fortiter.*

263

CXXXIII

Nonius, p. 518.3: DEREPENTE... Ennius Phoenice:  
*ibi tum derepente ex alto in altum despexit mare.*

264

TELAMO

CXXXIV

(a) Cicero, *Nat. deor.* 3.79: Telamo autem uno uersu locum  
totum conficit cur di homines neglegant:

*nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.*

265

(b) Cicero, *Diu.* 1.132: nunc illa testabor non me sortilegos  
neque eos qui quaestus causa hariolentur, ne (*S*: nec *AVB*)

CXXXI fenice (foenice *Bamb.*) *codd.* 261 sim *Delrius*: sum *codd.* scelestum  
ed. *princ.*: scelestum (scelestem *A<sup>4</sup>*) *codd.*

CXXXII foenice *LG*: foenice *HBamb.* 262 futilum *D<sup>4</sup>*

CXXXIII foenicae *codd.* 263 amici *codd.*: a me id *O. Skutsch*: a me *Buecheler*  
feratis ed. *princ.*: fueratis *codd.*

CXXXIV foenicae *LGH*: phenice *Bamb.*

## THE FRAGMENTS

psychomantia quidem quibus Appius, amicus tuus, uti solebat, agnoscere; non habeo denique nauci (*Marsus*: non ab eodem sanci *AV*: non ab eodem sancti *B<sup>b</sup>*: non ab eodem sanxi *B<sup>c</sup>*) Marsum augurem, non uicanos haruspices, non de circo astrologos, non Isiacos (*isiagos B<sup>b</sup>*) coniectores, non interpretes somniorum; non enim sunt hi aut scientia aut arte diuini sed superstitionis uates impudentesque harioli,

*aut inertes aut insani aut quibus egestas imperat,  
qui sibi semitam non sapiunt alteri monstrant uiam;  
quibus diuitias pollicentur, ab iis drachumam ipsi petunt.  
de his diuitiis sibi deducant drachumam, reddant cetera.*

atque haec quidem Ennius, qui paucis ante uersibus esse deos censem, sed eos non curare opinatur ‘quid agat humanum genus.’ ego autem, qui et curare arbitror et monere etiam ac multa praedicere, leuitate, uanitate, malitia exclusa (*s*: exclusam *AVB*) diuinationem probo.

(c) Cicero, *Diu*. 2. 104: primum enim hoc sumitis: ‘si sunt di, benefici in homines sunt’. quis hoc uobis dabit? Epicurusne, qui negat quicquam (\*\*quicquam *AB*: at quicquam *V<sup>b</sup>*) deos nec alieni curare nec sui? an noster Ennius (nostert *AV<sup>b</sup>*: nosterenius *B<sup>b</sup>*), qui magno plausu loquitur adsentiente populo:

*ego deum genus esse semper dixi et dicam caelitum,  
sed eos non curare opinor quid agat humanum genus.*

et quidem cur sic opinetur rationem subicit, sed nihil est necesse dicere quae secuntur; tantum sat est intellegi, id sumere istos pro certo quod dubium controuersumque sit.

CXXXIV (b) 268 ab iis *Lambinus*: ab his *AVB* dracmam *A*: dragram *VB<sup>c</sup>*: drachman *B<sup>b</sup>* 269 drachumam *AV<sup>b</sup>B<sup>b</sup>*: dracmam *V<sup>c</sup>*: dragram *B<sup>c</sup>*  
CXXXIV (c) 271 curarare *B*

## TELAMO

## CXXXV

Festus, p. 218.2: OBSIDIONEM potius dicendum esse quam ob-sidium adiuuat nos testimonio suo Ennius (pacuuius *X*) in Telamone quom (cum *X*) ait:

*scibas natum ingenuum Aiacem cui tu obsidionem paras.*

## CXXXVI

Nonius, p. 85.20: CLARET, clara est uel clareat (uel clare *C<sup>a</sup>D<sup>a</sup>*).  
... Ennius Telamone:

*nam ita mihi Telamonis patris atque Aeaci et proau*i* Louis  
†gratia ea est† atque hoc lumen candidum claret mihi.*

## CXXXVII

Nonius, p. 159.38: PORCET significat prohibet... Ennius Telamone:

*deum me sentit facere pietas, ciuium porcet pudor.*

## CXXXVIII

(a) Nonius, p. 172.19: SQVALAM pro squalidam. Ennius Telamone:

*strata terrae lauere lacrimis uestem squalam et sordidam.*

(b) Nonius, p. 503.38: LAVIT pro lauat... LAVERE inde tractum est... Ennius Telamone: ‘strata terra (terrae *EP*) lauere (labere *codd.*) lacrimis uestem squalidam (squalem *P<sup>1</sup>*) et sordidam’.

CXXXV 272 ingenuum ed. princ.: ingenium *codd.*

CXXXVI 273 atque *codd.*: aui *Bergk* Aeaci et *Bergk*: faciet *codd.* touis *L*  
CXXXVIII talamone *codd.*

## CXXXIX

Nonius, p. 475.20: PARTIRET pro partiretur... Ennius Telamone:

*eandem me in suspicionem sceleris partiuit pater.* 277

## CXL

Nonius, p. 505.35: AVDIBO pro audiam. Ennius Telamone:

*more antiquo audibo atque auris tibi contra utendas dabo.* 278

## CXLI

Diomedes, Gramm. 1382.10: cui enim in dubium cadit quin abnuo abnui dicamus? uerum apud ueteres et (Putschius: est codd.) abnueo dictum annotamus, ut Ennius...idem (BM: item A) in Telamone (M: telamonem AB) ex eo futurum:

*abnuebunt* 279

## TELEPHVS

## CXLII

(a) Festus, p. 128.24: MVTI<sup>R</sup>E (mutire codd.), loqui. Ennius in Telepho:

*palam muttire plebeio piaculum est.* 280

(b) Phaedrus 3, epil. 33:

ego quondam legi quam puer (Pithoeus: pueri PR)  
sententiam  
'palam muttire plebeio periculum est'  
dum sanitas constabit pulchre meminero (Rittershausen:  
memini P: memin. R).

CXXXIX 277 eamdem codd. in om. A<sup>4</sup>; in me *Delrius*

CXL telefone codd. 278 atque C<sup>4</sup> Montepess. Oxon.: neque LA<sup>4</sup>B<sup>4</sup> Paris.  
7665 utendos C<sup>4</sup>D<sup>4</sup>

CXLI 279 abnuebant B: abnueb M

CXLII (a) 280 muttire (mutire IR) codd. Pauli: mutire codd. Festi

## CXLIII

(a) Festus, p. 440.35:

cultum et sord  
tum quod proximae  
scium accedit; in  
diti paludum squ  
in Telepho: 'quam ue  
stola'. SQVARROSOS

(b) Nonius, p. 537.23: STOLAM ueteres non honestam uestem  
solum, sed etiam omnem quae corpus tegeret. Ennius Telepho:

†cedo et caueo cum uestitus† *squalida saeptus stola.* 281

idem in eadem:

*regnum reliqui saeptus mendici stola.* 282

## CXLIV

Nonius, p. 15.3: ENODA significat explana; et (ex C<sup>4</sup>D<sup>4</sup>) qua  
sit proprietas, manifestum est, hoc est, nodis exsolute...  
Ennius Telepho:

*uerum quorum liberi leto dati  
sunt in bello non lubenter haec enodari audiunt.* 283

## CXLV

Nonius, p. 232.17: ADVORSVM rursum apud significat...  
Ennius Telepho:

*te ipsum hoc oportet profiteri et proloqui  
aduorsum †illam mihi†* 284

CXLIII (a) SQVALIDVM, incultum et sordidum; quod proxime similitudinem  
habeat squama piscium, sic appellatum — *Paulus.*

CXLIII (b) telefo codd. 281 cedo et caueo conuestitus *Columna* 282  
septus codd. mendici *Iunius*: medici codd.

CXLIV telefo codd. 283 laeto L

CXLV telefo codd.

## CXLVI

Nonius, p. 342.6: MACTARE malo adficere significat... Ennius Telepho:

*qui illum di deaeque magno mactassint malo.*

287

## CXLVII

Nonius, p. 429.1: inter urbem et ciuitatem hoc interest.  
urbs est aedificia (aedificatio *H<sup>1</sup>*), ciuitas incolae... Ennius Telepho:

*sed ciuitatem uideo Argium incendere.*

288

## CXLVIII

Nonius, p. 490.10: ITINER pro iter. Ennius Telepho:

*deumque de consilio hoc itiner credo conatum modo.*

289

## THYESTES

## CXLIX

(a) Cicero, *De orat.* 3.164: nolo esse uerbum angustius id quod translatum sit quam fuisse (quam fuisse om. *M*) illud (illum *M*) proprium ac suum:

*quidnam est obsecro quod te adiri abnutas?*

290

melius esset uetas, prohibes, absternes; quoniam ille dixerat  
'ilico istic. ne contagio mea bonis umbraue obsit' (*vv. 293-4*).

(b) Cicero, *Tusc.* 3.25: nunc aegritudinem si possumus depel-lamus... taetra enim res est, misera, detestabilis...

CXLVI tennius telefo *codd.* 287 dii *codd.*

CXLVII telefus et *LA<sup>A</sup>*: telefo et *B<sup>A</sup>* 288 incendier *Aldus*

CXLVIII telefo (telepo *L<sup>1</sup>*) *codd.*

CXLIX (a) 290 quod *M*: quid *L* adiri *L*: abire *M*: adirier *Vahlen* 1854

132

## THYESTES

26: qualis enim tibi ille uidetur?

*Tantalo prognatus Pelope natus qui quondam a socru  
Oenomao rege Hippodameam raptis nanctus nuptiis.*

291

Iouis iste quidem pronepos. tamne ergo abiectus tamque fractus?

*nolite*

inquit      *hospites ad me adire. ilico istic.  
ne contagio mea bonis umbraue obsit.  
tanta uis sceleris in corpore haeret.*

293

tu te (tune *R<sup>2</sup>*) Thyesta damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?

## CL

(a) Cicero, *Pis.* 43: neque uero ego, si umquam uobis mala precarer, quod saepe feci, in quo di immortales meas preces audierunt, morbum aut mortem aut cruciatum precarer. Thyestea est ista exsecratio, poetae uolgi animos, non sapientium, mouentis, ut tu naufragio expulsus uspiam 'saxis fixus asperis, euisceratus' latere penderes, ut ait ille, 'saxa spargens tabo sanie et (et om. *ω*) sanguine atro'.

(b) Cicero, *Tusc.* 1.106: exsecratur luculentis sane uersibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus; durum hoc sane; talis enim interitus non est sine graui sensu; illa inania

*ipse summis saxis fixus asperis, euisceratus,  
latere pendens, saxa spargens tabo sanie et sanguine atro.*

296

CXLIX \*Cicero, *Verr.* 2.1.81 nisi tanta acerbitas iniuria, tanta uis sceleris fuisse.

CL \*Lucilius *ap.* Non. p. 405.3 latere pendens, saxa spargens tabo sanie et sanguine atro.

CXLIX (b) 291 socrus Bentley: socero *codd.* 292 hippodamiam *R<sup>2</sup>* nactus *KR<sup>c</sup>*: nactus Bentley 293 illic o *G<sup>1</sup>KV<sup>1</sup>* (l exp. *G<sup>2</sup>V<sup>2</sup>*) 295 (meo) tanta Bentley

133

## THE FRAGMENTS

non ipsa saxa magis sensu omni (omnia *X*: a *exp.* *V<sup>1</sup>*) uacabunt quam ille latere pendens cui se hic cruciatum censem optare. quae (*V<sup>2</sup>*: quam *X*) essent dura si sentiret (*s*: sentirent *X*), nulla <sunt> (*add.* *s*) sine sensu. illud uero perquam inane

298  
*neque sepulcrum quo recipiat habeat, portum corporis,  
ubi remissa humana uita corpus requiescat malis.*

uides quanto haec in errore uersentur. portum esse corporis et requiescere in sepulcro putat mortuum. magna culpa Pelopis qui non erudierit filium nec docuerit quatenus esset quidque curandum.

### CLI

Cicero, *Orat.* 183: in uersibus res est apertior, quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse uidetur (*uulgo*: uideatur *AL*) oratio, maximeque id in optimo quoque eorum poetarum qui λυρικοὶ a Graecis nominantur, quos (*L*: eos *A*) cum cantu spoliaueris nuda paene remanet oratio.

184: quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros (*L*: illos *A*), uelut illa (*A*: ille *L*) in Thyeste:

*quemnam te esse dicam qui tarda in senectute—* 300

et quae sequuntur; quae, nisi cum tibicen accessit, orationis sunt solutae simillima.

### CLII

Cicero, *Brut.* 78: C. Sulpicius Gallus...hoc praetore ludos Apollini faciente, cum Thyesten fabulam docuisset Q. Marcio Cn. Seruilio consulibus, mortem obiit Ennius.

### CLIII

(a) Cicero, *Nat. deor.* 2.4: quid enim potest esse tam apertum tamque perspicuum, cum caelum suspeximus caelestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen (nomen *B<sup>1</sup>*) prae-

*CLI* 300 quin *L* senectā Bothe

## THYESTES

stantissimae mentis quo haec regantur? quod ni ita (quot nuta *B<sup>1</sup>*) esset, qui potuisset adsensu omnium dicere Ennius ‘aspice hoc sublime candens quem inuocant (inuocat *B<sup>1</sup>*) omnes Iouem’ — illum uero et Iouem et dominatorem rerum et omnia motu regentem et, ut idem (*em\** *A*) Ennius, ‘patrem diuumque hominumque’ et praesentem ac praepotentem deum?

(b) Cicero, *Nat. deor.* 2.64: sed ipse Iuppiter, id est iuuans pater, quem (*V*: partem quae *B<sup>1</sup>*: partemque *A*) conuersis casibus appellamus a iuuando (adiuuando *B<sup>1</sup>*) Iouem, a poetis ‘pater diuomque hominumque’ dicitur...

65: hunc igitur Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens ‘aspice hoc sublime (suplimim *B<sup>1</sup>*) candens, quem inuocant omnes Iouem’ planius (planus *A<sup>1</sup>*) quam (*PB*: quem *AHV<sup>1</sup>*: que *V<sup>2</sup>*) alio loco idem ‘†cuīt quod in me est exsecrabor hoc quod lucet (licet *V*) quicquid est (*v.* 342)’.

(c) Cicero, *Nat. deor.* 3.10: primum fuit, cum caelum suspeximus, statim nos intellegere esse aliquod numen quo haec regantur. ex hoc illud etiam ‘aspice hoc sublime candens (cadens *A<sup>1</sup>V*) quem inuocant omnes Iouem’.

(d) Cicero, *Nat. deor.* 3.40: sit sane deus ipse mundus (mundus deus ipse *P*). hoc credo illud esse ‘sublime (sublime esse *P*) candens quem inuocant (inuocans *A<sup>1</sup>*) omnes Iouem’.

(e) Festus, p. 400.17: SVBLIMEM est in altitudinem elatum, ut *(\* \* \*)* Ennius in Thyeste:

*aspice hoc sublime candens quem uocant omnes Iouem.* 301

(f) Apuleius, *Mund.* 33: namque habitus orantium sic est, ut manibus extensis *<in>* (*uulgo*: extensis *codd.*) caelum precemur. Romanus etiam poeta sic sensit: ‘aspice hoc sublime (BF: sub

CLIII (e) SVBLIMEM (*MPEGR*: sublime *TI*: sublimen *L*) est in altitudinem elatum, id autem dicitur a limine superiore quia supra nos est — *Paulus*

THE FRAGMENTS

lumine *PL*) candens (*B*: *candens* δ) quem inuocant (inuocans *B*) omnes Iouem'. unde illa quae uidentur suntque omnibus praestantiora, easdem sublimitates regionum tenent...

(g) Probus, *Verg. Ecl.* 6.31-3: principem habuerunt Empedoclem Agrigentinum qui de his ita scribit: τέσσαρα δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἔασιν Ζεὺς ἀργῆς... ut accipiamus Ζεὺς ἀργῆς ignem, qui sit γέων et candens, quod ignis est proprium, de quo Euripides... et Ennius: 'aspice hoc sublime candens quem uocant omnes Iouem'.

CLIV

Nonius, p. 90.13: CONGLOMERARE, inuoluere, superaddere.  
Ennius Thyeste:

*eheu mea fortuna ut omnia in me conglomeras mala.*

302

CLV

Nonius, p. 97.29: DELECTARE, inlicere, adtrahere. Ennius Thyeste:

*set me Apollo ipse delectat ductat Delphicus.*

303

CLVI

Nonius, p. 110.11: FLACCET, languet, deficit... Ennius Thyeste:

*sin flaccebunt condiciones repudiato et reddito.*

304

CLVII

Nonius, p. 255.25: CREPARE, ferire. Ennius in Thyeste:

*sed sonitus auris meas pedum pulsu increpat.*

305

CLIV Ennius in Thieste ed. a. 1476: ennius tithe codd. 302 eheu mea Lachmann: eumea codd.

CLV Thyeste set Mercerus: theestes et codd. 303 delficus codd.

CLVI 304 sin flaccebunt Gulielmius: inflaccebunt codd.

INCERTA

CLVIII

Nonius, p. 261.13: CERNERE, iudicare... Ennius Thyeste:  
*impetrem facile ab animo ut cernat tuitalem babium†*

306

CLIX

Nonius, p. 268.9: CONTINGERE, euenire... Ennius Thyeste:  
*quam mihi maxime hic hodie contigerit malum.*

307

CLX

Nonius, p. 369.29: PVTARE, animo disputare... Ennius Thyeste:  
*ibi quid agat secum cogitat parat putat.*

308

INCERTA

CLXI

(a) Terentius, *Eun.* 586-91:

egomet quoque id spectare coepi et, quia consimilem luserat iam olim ille ludum, inpendio magis animus gaudebat mihi. deum sese in hominem conuortisse atque in alienas tegulas uenisse clanculum! per inpluuium fucum factum mulieri! at quem deum! qui tempa caeli summa sonitu concutit. ego homuncio hoc non facerem?

(b) Donatus: QVI TEMPLA CAELI SVMMA (summo *T*) SONITV CONCVITIT. ab auctoritate personae (persona *TC*) ut fit (sit *C*) in exemplis. SONITV CONCVITIT. parodia de Ennio. TEMPLA CAELI SVMMA. tragice (sūma tragice *V*: sumairagica *C*: sūma ragica *T*), sed de industria, non errore.

CLVIII thyste codd. 306 cernet *A<sup>4</sup>*

CLIX tyeste codd.

CLX thieste codd. 308 cogitet *LB<sup>4</sup>* paritat *Buecheler*

## CLXII

(a) Rhetor incertus, *Her.* 2.39: item uitiosum est cum id pro certo (*E*: quō id proco *P<sup>1</sup>*: quid [*u in ras.*] praeco *H*: quae id pro quo *BC<sup>1</sup>*) sumitur quod inter omnes †constat†, quod etiam nunc in controuersia (controuersia est *blC*: controuersia sit *d*), hoc modo:

*echo tu: di quibus est potestas motus superum atque inferum*      309  
*pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam.*

nam ita pro suo iure hoc exemplo utentem (*Kayser*: usum *E*: utuntur *M*) Thesprotum (*M*: threspontem *E*) Ennius induxit quasi iam (*E*: quaesitam *M*) satis certis rationibus ita (id ita *Hl*) esse demonstrasset.

(b) Cicero, *Inu.* 1.91: controuersum est in quo ad dubium demonstrandum dubia causa adfertur hoc modo: ‘echo tu: di (*P<sup>1</sup>*: dii *C*) quibus est potestas motus superum atque inferum pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam’.

## CLXIII

Rhetor incertus, *Her.* 4.18: compositio est uerborum constructio ...ea conseruabitur si...et si uitabimus eiusdem litterae nimiam adsiduitatem; cui uitio uersus hic erit exemplo — nam hic nihil prohibet in uitiis alienis exemplis uti —: ‘o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti (*cf. Prisc. Gramm.* II 591.12 *et al.*)’ et hic eiusdem poetae:

*quicquam quisquam †quemquam† quemque quisque conueniat neget.*      311

**CLXII** (a) 309 echo tu dii quibus *E*: studiis *M* est potestas *E*: est potest at *H*: est potest aut *PB*: esse potest aut *Π*: est potestas ut *C* motus *E*: motum *M* 310 pace enim *M*: pacem *E* sese *M*: se *E*

**CLXIII** 311 quicquam quisquam quemq; *E*: qui oquam quicquam quemq (quemquam *P*) quemq; *P<sup>1</sup>B*: quicquam quisquam quemquam quemque *P<sup>2</sup>C*: quicquam quicq quemq *H*: quicquam quicquam quemq; *Π*

## CLXIV

(a) Cicero, *S. Rosc.* 89: uerum ego forsitan propter multitudinem patronorum (*ς*: paternorum *Σς*) in grege (*ς*: gregem *Σς*) adnumerer, te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit. multos caeos non ad Trasumenum (trahasymenum *Σ*: trasimenum *ς*) lacum sed ad Seruiliū uidimus.

90:  
*quis ibi non est uulneratus ferro Phrygio?*      312

non necesse est omnis commemorare Curtios Marios denique Memmios (*Vrsinus*: mammeos *codd.*) quos iam aetas a proeliis auocabat, postremo Priamum ipsum senem, Antistium quem non modo aetas sed etiam leges pugnare prohibebant.

(b) Schol. Gronouianus: FERRO FRVGIO. in Ennio haec fabula inducit, Achilles (*Eberhard*: achillis *C*) quo tempore propter Briseidem cum Graecis pugnare noluit; quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. in hac pugna Vlices uulneratus inducit et fugiens *ad* (*add. Graeuius*) Achille uenit. cum interrogaretur ab Aiace cur fugisset, ille ut celaret dedecus †uitium†: ‘quis enim uulneratus ferro Frugio?’

## CLXV

(a) Cicero, *Balb.* 36: in quo erat accusatoris interpretatio indigna (*uulgo*: digna in *codd.*) responsione, qui ita dicebat ‘comiter’ esse ‘communiter’ quasi uero priscum aliquod aut insolitum uerbum interpretaretur. comes (comites *E*) benigni faciles suaves homines esse dicuntur; ‘qui erranti (eranti *P<sup>1</sup>*) comiter (*P*: com [erasa lineola supra -m] *G*: comiti *E*) monstrat (monstrant *GE*) uiam’ benigne, non grauate; ‘communiter’ quidem certe non conuenit.

**CLXIV** (a) 312 Brugio Osann

(b) Cicero, *Off.* 1.51: omnium (*Zumpt*: *omnia codd.*) autem communia hominum (*ZLp*: *omnium c*) uidentur ea quae sunt generis eius quod ab Ennio positum in una re transferri in permultas (*ZL*: *multas ps*) potest:

*homo qui erranti comiter monstrat uiam  
quasi lumen de suo lumine accendat facit.  
nihilo minus ipsi lucet cum illi accenderit.*

313

52: ...sed (et *p*) quoniam copiae paruae singulorum sunt, eorum autem qui his egeant infinita est multitudo, uulgaris liberalitas referenda est ad illum Enni (*ennii codd.*) finem 'nihilo minus ipsi lucet' ut facultas (*ni[c]hilominus scilicet ut facultas L<sup>1</sup>[c]*: *nihilominus ipsi luceat ut facultas L<sup>2</sup>ps*) sit qua in nostros simus liberales.

## CLXVI

Cicero, *De orat.* 1.199: quid est enim praeclarius quam honoribus et rei publicae muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui ciues consilium expetant suarum (suarum summarum *codd. integri plerique*: *summarum codd. Lagomarsiniani*) rerum incerti;

*quos ego mea ope ex  
incertis certos compotesque consili  
dimitto ut ne res temere tractent turbidas.*

316

200: est enim sine dubio domus iuris consulti totius oraculum ciuitatis.

## CLXVII

Cicero, *De orat.* 2.221: quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurunt (*A<sup>1</sup>*: *occurrant codd.*), cum salsissime dici pos-

**CLXV (b)** 313 comiter *ZL*: *comiti p*: *communiter c*      315 q nichilo *c* ipsi luceat *ZX*: *ipsi ut luceat s*

**CLXVI** 316 ope mea *Reisig*      317 compotes *integri paene omnes* (*Vahlen*)

140

## INCERTA

sunt, tenere. itaque non nulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. dicere enim aiunt Ennium (*L*: enim aiunt *H*: enim aut *AE*) flamمام a sapiente (flamمام a sapiente *L*: pienti *H* [*post xxxvi litt. sp.*] *AE*) facilius ore in ardente opprimi quam bona dicta teneat; haec scilicet bona dicta quae salsa sint; nam ea dicta appellantur proprio iam nomine.

## CLXVIII

(a) Cicero, *De orat.* 3.162: primum est fugienda dissimilitudo: *caeli ingentes fornices.*

319

quamuis sphaeram in scaenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo inesse non potest.

(b) Varro, *Ling.* 5.19: a chao cauum (*Laetus*: *chouū F*) et hinc caelum...et Ennius item ad cauationem: 'caeli ingentes fornices'.

## CLXIX

(a) Cicero, *Rep.* 1.49: concordi populo et omnia referente ad incolumitatem et ad libertatem suam nihil esse immutabilius, nihil firmius...itaque cum patres rerum potirentur numquam constitisse ciuitatis statum; multo iam id in regnis minus quorum, ut ait Ennius, 'nulla (*Mai*: *nulla regni cod.*) sancta societas nec fides est'.

(b) Cicero, *Off.* 1.26: maxime autem adducuntur (ad hoc adducuntur *p*) plerique ut eos (uti eos *p*) iustitiae capiat obliuio cum in (*in om. ps*) imperiorum honorum gloriae cupiditatem inciderunt (*Zp*: *inciderint cs*). quod enim est apud Ennium,

*nulla sancta societas nec fides regni est,*

320

id latius patet. nam quicquid eiusmodi est in quo non possint (*Z*: *possunt XKs*) plures excellere, in eo fit plerumque (plerumque fit *p*) tanta contentio ut difficillimum sit seruare sanctam societatem.

141

## CLXX

Cicero, *Orat.* 155: idem poeta qui inusitatius contraxerat ‘patris mei meum factum pudet’ pro meorum factorum (*cf. fr. xviiib*)... non dicit liberum ut plerique loquimur cum cupidos liberum aut in liberum loco dicimus sed ut isti uolunt:

*neque tuum umquam in gremium extollas liberorum ex te genus.* 321

## CLXXI

(a) Cicero, *Orat.* 155: non dicit liberum ut plerique loquimur ... sed ut isti uolunt (*cf. fr. CLXX*)... et idem: ‘namque Aesculapi (*L*: *excola\*\*\* A*) liberorum (*v. 326*)’.

(b) Cicero, *Tusc.* 2.38: quin etiam uidemus ex acie efferri saepe saucios, et quidem rudem illum et inexercitatum quamuis leui ictu ploratus turpissimos edere. at uero ille exercitatus (exercitus *K<sup>1</sup>*) et uetus ob eamque rem fortior medicum modo requirens a quo obligetur

*o Patricoles*

inquit      *ad uos adueniens auxilium et uestras manus* 322

*peto priusquam oppeto malam pestem mandatam hostili manu —*

*neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere —*

*si qui sapientia magis uestra mors deuitari potest;* 325

*namque Aesculapi liberorum saucii opplent porticus.*

*non potest accedi.*

certe Eurypylus hic quidem est! hominem exercitum! ubi tantum luctus continuatur ( $\varsigma$ : luctum continuatus *GKR*) uide quam non flebiliter respondeat, rationem etiam adferat cur aequo animo sibi ferendum sit:

*qui alteri exitium parat,*

*eum scire oportet sibi paratam pestem ut participet parem.* 328

abducet (abducit *V<sup>2</sup>*) Patricoles credo ut conlocet in cubili

CLXX 321 *neque tuum A*: *neque tu L*

CLXXI (b) 326 *esculapi K*: *asculapii GRV*

*329 paratum Bentley*

328 *exitium G<sup>2</sup>V<sup>2</sup>*: *exitum*

## INCERTA

(*V<sup>2</sup>ς*: cubiculi *X*), ut uulnus obliget (non obliget *K*). si quidem homo esset — sed nihil uidi minus (uidiminus *V<sup>c</sup>*: uidimus *X*). querit enim quid actum sit:

*eloquere eloquere res Argium proelio ut se sustinet.*

*non potest ecfari tantum dictis quantum factis suppetit laboris.*

quiesce igitur et uolnus alliga. etiam si Eurypylus posset non posset Aesopus.

*ubi fortuna Hectoris nostram acrem aciem inclinatam — et cetera explicat in dolore; sic est enim intemperans militaris in forti uiro gloria. ergo haec ueteranus miles facere poterit, doctus uir sapiensque non poterit?*

## CLXXII

Cicero, *Orat.* 160: *Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum;* 334  
*ui patefecerunt Bruges,*

non Phryges. ipsius antiqui declarant libri.

## CLXXIII

Cicero, *Fin.* 2.41: nec uero audiendus Hieronymus, cui sumnum bonum est idem quod uos interdum uel potius nimium saepe (minimum sepe *V*: sepe minimum *BE*) dicitis, nihil dolere. non enim si malum est dolor carere eo malo satis est ad bene uiuendum. hoc dixerit potius Ennius:

*nimum boni est cui nihil est mali.*

nos beatam uitam non depulsione mali sed adceptione boni iudicemus.

CLXXIII \*Publilius Syrus, *Sent.* 430 *nimum boni est in morte cui nil sit mali.*

321 *ecfari V*: *hecfari K*: *haecfari GR*  
Ribbeck

CLXXII 334 *Bruges Victorius*: *fruges FPM*: *phruges O*: *phryges A*

## CLXXIV

Cicero, *Tusc.* 3.5: at et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis. hi enim ipsi odiosi sunt quod ad animum pertinent eumque sollicitant,

*animusque aeger*

ut ait Ennius

*semper errat;  
neque pati neque perpeti potest, cupere numquam desinit.*

336

## CLXXV

Cicero, *Tusc.* 3.39: quid ergo? huiusne uitae propositio et cogitatio aut Thyestem leuare poterit aut Aeetam (aetam X: oetam  $K^2R^c$ ), de quo paulo ante dixi, aut Telamonem pulsum patria exulantem atque egentem...

43: ad hancine igitur uitam Telamonem illum reuocabis ut leues aegritudinem?...

44: ...quaerendum igitur quem ad modum aegritudine priuemus ( $K^2R^2V^3$ : priuemur X) eum qui ita dicat:

*pol mihi fortuna magis nunc defit quam genus.*

338

*namque regnum suppeditab mi, ut scias quanto e loco,  
quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat.*

quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat... ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta: 'ex opibus summis opis egens Hector tuae (cf. fr. xxvii h)'. huic subuenire debemus...

46: ...eripiamus huic aegritudinem...

## CLXXVI

Cicero, *Tusc.* 4.70: quis est enim iste amor amicitiae? cur neque deformem adulescentem quisquam amat neque formosum senem? mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis

CLXXV 339 neque K mi Grotius: mihi X

144

## INCERTA

nata consuetudo uidetur, in quibus isti liberi et concessi sunt amores. bene ergo Ennius:

341  
*flagiti principium est nudare inter ciuis corpora.*

qui ut sint, quod fieri posse uideo, pudici, solliciti tamen et anxii sunt, eoque magis quod se ipsi continent et coercent.

## CLXXVII

Cicero, *Nat. deor.* 2.64: sed ipse Iuppiter, id est iuuans pater...

65: hunc igitur Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens 'aspice hoc sublime candens quem inuocant omnes Iouem' planius quam (PB: quem *AHV*<sup>1</sup>: que *GV*<sup>2</sup>) alio loco idem

342  
*†cui† quod in me est exsecrabor hoc quod lucet quicquid est.*

## CLXXVIII

Cicero, *Diu.* 1.88: Amphilochus et Mopsus Argiourum reges fuerunt sed iidem augures, iique urbis in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt. atque etiam ante hos Amphiaraus et Tiresias, non humiles et obscuri neque eorum similes, ut apud Ennius est,

343  
*qui sui quaestus causa factas suscitant sententias,  
sed clari et praestantes uiri qui auibus et signis admoniti futura dicebant.*

## CLXXIX

Cicero, *Diu.* 2.57: Democritus quidem optumis uerbis causam explicat cur ante lucem galli canant (B: cantant *AV*); depulso enim de pectore et in omne corpus diuiso et mitificato (modificato *V<sup>2</sup>*) cibo cantus edere quiete satiatos; qui quidem silentio noctis (noctis *ex corr.* B), ut ait Ennius,

344  
*fauent faucibus russis  
cantu plausuque premunt alas.*

CLXXVI 341 flagitii X ciues *G(?)R<sup>rec</sup>*

CLXXVII 342 qui *Gulielmus* licet *V*

CLXXVIII 343 facta *B<sup>b</sup>*: factas *V*

CLXXIX 345 cantu *V<sup>c</sup>B<sup>b</sup>*: cantus *AV<sup>b</sup>B<sup>c</sup>* lausuque *AV<sup>b</sup>*

10

145

JTO

## CLXXX

Cicero, *Diu*, 2.127: iam uero quis dicere audeat uera omnia (*A<sup>c</sup>B*: ueras omnia *A<sup>b</sup>*: uera somnia *V*) esse somnia?

*aliquot somnia uera*

inquit Ennius

*sed omnia non necesse est.*

346

## CLXXXI

(a) Cicero, *Off.* 1.61: itaque in probris (inprobis *Lpb*) maxime in promptu est si quid tale dici potest: 'uos enim (etenim *ps*) iuuenes animum geritis muliebrem, illa uirgo uiri'; et si quid eiusmodi:

*Salmacida spolia sine sudore et sanguine.*

347

(b) Festus, p. 439.10: SALMACIS nomine nympha, Caeli et Terre filia, fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis (*uulgo*: salamcidis *F*); quam qui bibisset uitio in pudicitiae mollesceret. ob eam rem †que id† eius aditus, angustatus parietibus, occasionem largitur iuuenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque uiolandarum (Augustinus: uitolandarum *F*) quia non patet effugium (Timpanaro: patefugium *F*). Ennius: 'Salmacida spolia (salmacidas polla *F*) sine sanguine et sudore'.

## CLXXXII

Cicero, *Off.* 2.23: omnium autem rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas (tuendas *Lp*: tuendas tenentes *P*: tenendas ac tuendas *Hs*) quam diligi nec alienius quam timeri. praecclare enim Ennius:

*quem metuunt oderunt; quem quisque odit periisse expedit.*

348

CLXXXII \*Hieronymus, *Epist.* 82.3.2 quem metuit quis odit, quem odit perisse cupid.

CLXXX 346 non necesse est *F*: nonnunc haec esset *AV*: non nunc necesse est, sed nunc linea transversa del. *B*

CLXXXII 348 perisse *codd.* expedit *ZLp*: cupid *c*

146

## INCERTA

## CLXXXIII

Cicero, *Off.* 2.62: propensior benignitas esse debet in calamitosos nisi forte erunt digni calamitate. in iis tamen qui se adiuuari uolent (uolunt *b*), non ne adfligantur sed ut altiore gradum ascendant, restricti omnino esse nullo modo debemus sed in diligendis (diligendis *Lp*) idoneis iudicium et diligentiam adhibere. nam praecclare Ennius:

*benefacta male locata malefacta arbitror.*

349

## CLXXXIV

(a) Cicero, *Off.* 3.104: sed in iure iurando non qui metus sed quae uis sit debet intellegi (intellegi debet *Xs*). est enim ius iurandum affirmatio religiosa; quod autem affirmare et (*Zps*: affirms et *c*) quasi deo teste promiseris, id tenendum est. iam enim non ad iram deorum, quae nulla est, sed ad iustitiam et ad fidem (ad iustitiam et fidem *Lc*: ad fidem et iustitiam *p*) pertinet. nam praecclare Ennius:

*o Fides alma apta pannis et ius iurandum Iouis.*

350

qui ius igitur (igitur ius *Xs*) iurandum uiolat, is fidem uiolat quam in Capitolio uicinam Iouis optimi maximi (iou *c*), ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse uoluerunt.

(b) Apuleius, *Socr.* 5: neue per ista iuretur, cum sit summi deorum hic honor proprius. nam et ius iurandum Iouis (Brant: iurandum iouis iurandum *codd.*) dicitur, ut ait Ennius.

## CLXXXV

Cicero, *Lael.* 64: quid? haec ut (ut *om. P*) omittam, quam graues, quam difficiles plerisque uidentur calamitatum societates! ad

CLXXXIII 349 benefacta *Z*: bene facta *s*: beneficia *X* male facta *codd.*

147

10-2

THE FRAGMENTS

quas non est facile inuentu qui descendant (descendant *P*: distendant *M*: discedant *K*). quamquam Ennius recte:

*amicus certus in re incerta cernitur.*

351

tamen haec duo leuitatis et infirmitatis plerosque conuincunt, aut si in bonis rebus contemnunt aut in malis deserunt.

CLXXXVI

Varro, *Ling.* 5.14: locus est ubi locatum quid esse potest, ut nunc dicunt collocatum. ueteres id dicere solitos appetit... apud Ennium:

*o terra Thraeca ubi Liberi fanum includut  
Maro locauit.*

352

CLXXXVII

Varro, *Ling.* 5.23: terra, ut putant, eadem et humus; ideo Ennium in terram cadentis dicere:

*cubitis pinsibant humum.*

354

CLXXXVIII

Varro, *Ling.* 5.64: terra Ops, quod hic omne opus et hac opus ad uiuendum, et ideo dicitur Ops mater quod terra mater. haec enim

*terris gentis omnis peperit et resumit denuo.*

355

quae dat cibaria, ut ait Ennius, quae quod gerit fruges Ceres. antiquis enim quod nunc G C (*Lachmann*: & *F*).

65: idem hi dei Caelum et Terra, Iuppiter (*Iupiter F*) et Iuno quod, ut ait Ennius,

*istic est is Iuppiter quem dico, quem Graeci uocant  
aerem, qui uentus est et nubes, imber postea,  
atque ex imbre frigus, uentus post fit, aer denuo.*

356

CLXXXVI 352 Thraeca *Fleckisen*: treca *F* includut *Gulielmus*: inciuū *F*  
353 miro *ut uid. ras. ex maro F* locauit *Ribbeck*

CLXXXVIII 356 iupiter *F* 358 uentus *Laetus*: uentis *F*

INCERTA

†haec propter† *Iuppiter* sunt ista quae dico tibi.  
†qua† *mortalis atque urbes beluasque omnis uiuat.*

quod hinc (*L. Spengel*: hic *F*) omnes et sub hoc, eundem appellans dicit 'diuumque hominumque pater rex'.

CLXXXIX

Varro, *Ling.* 7.12: tueri duo significat, unum ab aspectu, ut dixi, unde est Enni (*C. O. Mueller*: enī *F*) illud:

*tueor te senex? pro Iuppiter!*

361

...alterum a curando ac tutela...

CXC

Varro, *Ling.* 7.12: quare a tuendo et tempila et tesca dicta cum discrimine eo quod dixi.

13: etiam indidem illud Enni (*Scaliger*: enī *F*):

*extemplo acceptum me necato et filium.*

362

extemplo enim est continuo quod omne templum esse debet continuo saeptum (septum *F*) nec plus unum introitum habere.

CXCI

Varro, *Ling.* 7.16: Ennius:

*ut tibi Titanis Triuia dederit stirpem liberum.*

363

Titanis Triuia Diana est, ab eo dicta Triuia quod in triuio ponitur fere in oppidis Graecis uel quod luna dicitur esse, quae in caelo tribus uisi mouetur, in altitudinem et latitudinem et longitudinem. Titanis dicta quod eam genuit, ut (*L. Spengel*: ut ni *F*) *Plautus* (*cf. Bacch.* 893), Lato.

359 iupiter *F*

CLXXXIX 361 iupiter *F*

CXC 362 acceptū, cc ex u corr. *F*: acceptam *Vossius* necato *Scaliger*: negato *F*

## CXCII

Varro, *Ling.* 7.19: Enni (ennii F):

*Areopagitae quid dedere †quam pudam†* 364

Arcopagitae ab Areopago; is locus (*Laetus*: his locis F) Athenis.

## CXCIII

Varro, *Ling.* 7.48: apud Ennium:

*quaeque in corpore caua caeruleo  
caeli cortina receptat.* 365

caua cortina dicta quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis; ea a corde quod inde sortes primae existimatae.

## CXCIV

Varro, *Ling.* 7.49: apud Ennium:

*quin inde inuitis sumpserint perduellibus.* 367

perduelles dicuntur hostes.

## CXCV

Varro, *Ling.* 7.87: lymphata dicta a lympha; *(lymphā)* (add. L. Spengel) a Nympha, ut quod apud Graecos Θέτις, apud Ennium:

*Thelis illi mater.* 368

## CXCVI

Varro, *Ling.* 7.89: apud Ennium:

*si uoles aduortere animum comiter monstrabitur* 369

comiter hilare ac lubenter cuius origo graeca κῶμος (*Aldus*: *comos* F).

CXCIII 365 quaeque in corpore caua caeruleo *Bergk*: caua quaeque in corpore caeruleo *Turnebus*, *Aduers.* XXIII.17: quaeque in corpore causa ceruleo *F* 366 caeli cortina receptat *Turnebus*: célo orta nare ceptat *F*

CXCIV 367 uindictam uictis *Scaliger*

CXCV 368 Thelis *Turnebus*: *thetis* *F*

## CXCVII

(a) Varro, *Ling.* 7.93: euax uerbum nihil significat sed effutitum naturaliter est— ut apud Ennium:

*hehae! ipse clipeus cecidit.* 370

(b) Grammaticus incertus, *Gramm.* v 574.24: clipeus (*L*: clypeus *M*) generis masculini, ut Ennius: ‘cecidit clipeus (*L*: clypeus *M*)’.

## CXCVIII

Varro, *Ling.* 7.93: euax uerbum nihil significat sed effutitum naturaliter est— ut...apud Ennium:

*heu mea puella †spe† quidem id succenset tibi.* 371

## CXCIX

Varro, *Ling.* 7.101: apud Ennium:

*uocibus concide †facimus et †obratus.* 372

mussare dictum quod muti non amplius quam *mv* dicunt.

## CC

Rutilius Lupus 1.12: Διαφορά. hoc schema *(est)* (add. Ruhnken) cum uerbum iteratum aliam sententiam significat ac significauit primo dictum (*Stephanus*: dictum est *codd.*)... item in Enni uersu (*Halm*: Enni uersus *Meineke*: uniuersum *codd.*):

*mulierem: quid potius dicam aut uerius quam mulierem?* 373

## CCI

Paulus, p. 110.16: METVS feminine (femine *R*) dicebant. Ennius:

*uiuam an moriar nulla in me est metus.* 374

CXCVIII 371 ipse quidem *Lachmann*

CXCIX 372 facito musset *L. Mueller*

CCI 374 meto *R*

## CCII

Festus, p. 166.11: NAVCVM ait Ateius Philologus poni pro nugis. Cincius quod oleae nucisque intus sit. Aelius Stilo omnium rerum putamen. glosematorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo. quidam ex Graeco, quod sit *vul* καὶ οὐχί leuem hominem significari. quidam nucis iugulandis, quam Verrius iugulandam uocat, medium uelut dissepimentum. Plautus...et Naeuius...sed *<et>* (*uulgo*: sed F) Ennius:

*illuc est nugator nihil non nauci homo.*

375

## CCIII

Festus, p. 218.2: OBSIDIONEM potius dicendum esse quam obsidium adiuuat nos testimonio suo Ennius (pacuuius X) in Telamone quom (cum X) ait...item alio loco:

*Hector qui haud cessat obsidionem obducere.*

376

## CCIV

Festus, p. 388.25:

traxit. sospi  
omnes ferre auc  
Afranius in Ep  
seruent tuis  
'maxime Teu<crorum ductor quo sospite>  
numquam'. Enn  
parentem et pa  
sospitem. Acc  
rite ad patri  
set. Ennius uid

377

---

CCII 375 illuc *Vrsinus*: illuc F nihil *Vrsinus*: nihil F  
CCIV SOSPES, saluus. Ennius tamen sospitem pro seruatore posuit. SOSPITARE est bona spe adficere aut bonam spem non fallere — Paulus

152

## INCERTA

ficare cum dix  
liber. ceterum s  
ait esse bone spe  
spem non fallre

## CCV

Festus, p. 482.8: TOPPER significare ait Artorius cito fortasse celeriter temere...ira'; Sinnius (C. O. Mueller: iras ennius F) uero sic: 'topper fortasse ualet in Enni et Pauci scriptis; apud Ennium est

*topper quam nemo melius scit.*

378

## CCVI

Festus, p. 488.22:

ero aspera difficilia aditu  
ca aspera saxa tesca tuor

379

## CCVII

Festus, p. 494.12: TAM...at antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut Naeuius...Ennius:

*ille meae tam potis pacis potiri.*

380

## CCVIII

Paulus, p. 507.12: VITVLANS, laetans gaudio ut partu (pastu uitulus *Augustinus*). Ennius:

*is habet coronam uitulans uictoria.*

381

## CCIX

Aurelius, *Ad Frontonem epist.* p. 27.25: in ea fortuna constitutum in qua, ut Q. Ennius ait,

*omnes dant consilium uanum atque ad uoluptatem omnia.*

382

---

CCVI TESCA, loca augurio designata. Cicero aspera ait esse et difficilia — Paulus: templa antiqua tesca esse ait †cuero† aspera difficilia aditu. Ennius ardua aspera saxa †tuos† — lib. Vat. n. 2731 (Mommisen, SB Berlin 1864, 64 [= Ges. Schr. VII 276])

CCVII 380 patis V

153

## CCX

Aurelius, *Ad Frontonem epist.* p. 55.18: de Herode quod dicis,  
perge, oro te, *<et>* (add. Haupt), ut Quintus noster ait,  
*peruince pertinaci peruicacia.*

383

## CCXI

Helenius Acro, Hor. *Carm.* 3.11.17-18 (Cerberus, quamuis  
furiale centum | muniant angues caput eius): ut ait Ennius:  
*angue uillosi canis.*

384

## CCXII

Nonius, p. 196.29: CAEMENTA neutri, ut est usu (usus *B<sup>4</sup>*)...  
feminini. Ennius:

*labat, labuntur saxa, caementae cadunt.*

385

## CCXIII

(a) Nonius, p. 197.28: QVIS et generi feminino adtribui posse  
ueterum auctoritas uoluit... Ennius:

*et quis illaec est quae lugubri succincta est stola?*

386

(b) Pompeius, *Gramm.* v 206.20: apud maiores nostros indif-  
ferenter inuenimus hoc pronomen, et 'quis uir' et 'quis  
mulier'... 'quis mulier' habemus et in Ennio et in Pacuvio et  
in ipso Terentio.

## CCXIV

Nonius, p. 205.23: FRETVM neutri tantum generis esse uolumus  
... masculini... Ennius:

*crassa puluis oritur, omnem peruolat caeli fretum.*

387

CCX 383 peruicacia *m<sup>2</sup>*: peruicaciam *m<sup>1</sup>*CCXII 385 labuntur *uulgo*: lababuntur *codd.* caementae *Iunius*: caementa  
*codd.*

## INCERTA

## CCXV

Hieronymus, *Epist.* 60.14.4: Naeuius poeta 'pati' inquit 'necesse  
est multa mortalem mala'. unde... prudenterque Ennius

*plebes*

ait

*in hoc regi antestat: loco licet  
lacrimare plebi, regi honeste non licet.*

388

ut regi, sic episcopo. immo minus (pleniū G) regi quam  
episcopo (quam episcopo regi G: episcopo quam regi Ψ). ille  
enim nolentibus praeest, hic uolentibus.

## CCXVI

Diomedes, *Gramm.* i 345.1: item adeo adis: hoc iteramus adito  
aditas dictantes, ut Ennius:

*ad eum aditauere.*

## CCXVII

Diomedes, *Gramm.* i 400.15: plura enim uerba quae uulgo  
passiuo more declinamus apud ueteres diuersa reperiuntur  
enuntiata declinatione.... moro... Ennius (Ennius *om. B*):

*†an aliquid quod dono illi morare sed accipite†*

390

## CCXVIII

(a) Diomedes, *Gramm.* i 447.5: homoeoteleton est oratio  
similibus clausulis terminata, id est pari uerborum exitu finita,  
ut apud Ennium:

*eos reduci quam relinqui, deuehi quam deseriri  
malui.*

391

CCXV 388 plebis Φ: plebs *mDB p.c.m<sup>2</sup>* regio *GAKΨB* antistat *GKB*:  
antistet *m a.c.m<sup>2</sup>* (antesto *in mg. m<sup>2</sup>*): antistant Ψ 389 lacrimari ΦΒ

CCXVI ut Ennius 'ad eum aditauere' *huc transposuit Scioppius*

CCXVII 391 morares sed Σ

CCXVIII (a) 392 eoste duci M: eos deduci *AB* quam relinqui *om. ABM*deuehi *M*: deuei *A* deserit *M* 393 maluit *B*

THE FRAGMENTS

(b) Donatus, *Gramm.* IV 398.24: homoeoteleuton est cum simili modo (est cum similiter P: est oracio cum simili modo S) dictiones plurimae finiuntur ut 'eos reduci (eos reuei S) quam relinqui deuehi (relinquere deuei S) quam deserit malui'.

(c) Charisius, p. 370.27: homoeoteleuton est oratio paruerborum exitu finita ut 'hos reduci (seduci N) quam relinqui, deuehi (deui N) quam deserit malui (mallu N)'.

CCXIX

Seruius auct., Verg. *Georg.* I.12-13 (cui prima frementem | fudit equom): nonnulli uero ob hoc 'cui prima frementem fudit aquam' legunt quod ueteres murmura aquae fremitum dicebant. Ennius:

*ager oppletus imbrium fremitu.*

394

CCXX

(a) Seruius auct., Verg. *Georg.* 4.170-1 (fulmina massis | cum properant): fulmina properant uetuste ait, ut... et Ennius: 'festinat diem'.

(b) Servius auct., Verg. *Aen.* 9.401 (properet per uolnra mortem): aut deest adire (*Commelinus*: audire F) aut deest ad... aut certe antique properet mortem, ut... Ennius:

*festiuum festinant diem.*

395

CCXXI

Seruius, Verg. *Aen.* I.4 (saeuae memorem Iunonis ob iram): cum a iuuando dicta sit Iuno quaerunt multi cur eam dixerit saeuam et putant temporale epitheton quasi saeuia circa

CCXX (b) 395 *festiuum Danielis*: *festinum* F *dies* F

156

INCERTA

Troianos, nescientes quod saeuam dicebant ueteres magnam, ut Ennius:

*induta fuit saeuia stola.*

id est magna.

CCXXII

Seruius auct., Verg. *Aen.* 2.62 (certae occumbere morti): OCCVMBERE MORTI. nouae locutionis figura et penitus remota. Ennius:

*ut uos nostri liberi  
defendant, pro uostra uita morti occumbant obuiam.*

CCXXIII

Seruius auct., Verg. *Aen.* 3.241 (ferro foedare uolucres): FOEDARE, cruentare. Ennius:

*ferro foedati iacent.*

CCXXIV

Seruius, Verg. *Aen.* 6.686 (effusaeque genis lacrimae): GENIS, palpebris. Ennius de dormiente:

*inprimitque genae genam.*

CCXXV

Seruius, Verg. *Aen.* 7.319-20 (nec face tantum | Cisseis praegnas ignis enixa iugalis): CISSEIS, regina Hecuba, filia secundum Euripidem Cissei (cisei ASL), quem Ennius Pacuuius et Vergilius sequuntur; nam Homerus Dymantis (dimantis codd.) dicit. haec se facem parere uidit et Parin creauit qui causa fuit incendi.

CCXXI 396 *inducta* (corr.) N

CCXXII 397 nisi C: ubi C<sup>s</sup>: uestriff 398 uestra C<sup>s</sup>f obuiam om. f

CCXXIV 400 *inprimit* M rene H: genaeque M

157

THE FRAGMENTS

CCXXVI

Seruius, Verg. *Aen.* 9.255–6 (integer aei⁹ | Ascanius): INTEGER  
AEVI, adulescens cui aetas integra superest, unde Ennius

*deos aei⁹ integros*

401

dicit quibus multum aei⁹ superest.

CCXXVII

Seruius auct., Verg. *Aen.* 9.747 (hoc telum mea quod ui⁹ dextera  
uersat): VERSAT, librat, iactat. et est Ennianum

*uersat mucronem.*

402

COMMENTARY

# THE TRAGEDIES OF ENNIOUS

THE FRAGMENTS  
EDITED WITH AN INTRODUCTION  
AND COMMENTARY

BY

H.D.JOCELYN

*Reader in Latin in the  
University of Sydney*



CAMBRIDGE  
AT THE UNIVERSITY PRESS  
1967